UNIVERSITY OF ILLINOIS
16 S '14

# DE CORNUTI THEOLOGIAE GRAECAE COMPENDIO

## CAPITA DUO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

BRUNO SCHMIDT

SAXO-BORUSSUS

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS

MCMXII

# DE CORNUTI THEOLOGIAE GRAECAE COMPENDIO

## CAPITA DUO

---

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

BRUNO SCHMIDT

SAXO-BORUSSUS

---

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS

MCMXII

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit
Otto Kern.

---

Examen rigorosum habitum est die 10. mens. Novembris a. 1911.

Ex Dissertationum philologicarum Halensium vol. XXI, 1 seorsum expressum.

PARENTIBUS CARISSIMIS SACRUM

## Commentationis argumentum.

## Conspectus librorum.

I. De Cornuti vita et scriptis egerunt:

1. Thomas Galeus, Opuscula mythologica ethica et physica, Cantabrigiae 1671, Amstel. 1688, in praefatione (V).
2. I. A. Fabricius, Bibliotheca Graeca l. III c. XV (Catalogus Stoicorum) tom. III p. 398 sqq. (ed. quartae a G. Christophoro Harles curatae vol. III (1793) p. 554 sqq.).
3. Gerardus Ioannes de Martini, De L. Annaeo Cornuto, disputatio inauguralis, Lugd. Bat. 1825. Cf. huius commentationis censuram a Friderico Osanno conscriptam, Ephem. Lit. Hal. 1832, Suppl. 100 p. 798 sqq.
4. Villoisonus, Prolegomena editioni libelli Cornutiani ab Osanno curatae praemissa.
5. Otto Jahn, Prolegomena ad Persii editionem (1843), p. VIII sqq.
6. Paul Monceaux, Les origines de la prose africaine — Cornutus et Sévère de Leptis — Florus, in libro qui inscribitur Les Africains. Les Païens (Paris 1894).
7. Ioannes ab Arnim, Annaeus (4) apud Pauly-Wissowa R. E. I 2225.
8. Rud. Reppe, De L. Annaeo Cornuto, dissert. Lips. 1906. De Cornutiani libri auctoris temporibus coniecturam fecit Wollenberg, cuius disputationem non novi nisi ex editionis Langianae praefatione (p. VIII sq.).

II. Editiones libelli, qui Cornuti nomine fertur:

Fabricius l. l. editiones recenset, quae usque ad annum 1707 in lucem prodierunt. Recentiores autem sunt hae:

1. Thomas Galeus, in Opusculis mythologicis ethicis et physicis, Cantabrigiae 1671, Amstel. 1688: *Φουρνούτου*

*θεωρία περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως.* In editione Amstelodamensi p. 139 haec adnotat: Ox. β Flor. Ravii cod. et Vaticanus legunt *Κουρνούτου ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδιδομένων.* atque ita ipsum scripsisse credo Phurnutum.

2. L. Annaeus Cornutus de natura deorum ex schedis Ioannis Bapt. Casp. d'Ansse de Villoison recensuit commentariisque instruxit Fridericus Osannus, Gottingae 1844.
3. Cornuti theologiae Graecae compendium recensuit et emendavit Carolus Lang, Lips. 1881.

III. De codicibus egerunt praeter editores:

1. C. Boysen, Zur Handschriftenkunde des Cornutus und Palaephatus (cod. Ravii), Philol. 42 (1884), p. 285—308.
2. W. Weinberger, Ad Cornutum, Wiener Studien 14 (1892), p. 222—226 (de excerptis Vindobonensibus).
3. Nicolaus Festa, I manoscritti di Palefato in Studi ital. di Fil. class. I (1893), p. 241—379.

IV. Coniecturas protulerunt:

1. C. L. Struve, Opuscula selecta ed. I. Th. Struve p. 257—260.
2. Schmitt-Blank, Zur Texteskritik des Cornutus, Eos I (1864), p. 92—102; p. 526—548.
3. Carolus Lang, Zu Kornutos, Neue Jahrbücher f. Philol. 123 (1881), p. 493 sq.

Singulos locos emendaverunt:

1. U. de Wilamowitz-Moellendorff, Coniectanea, ind. schol. Gott. aest. 1884, p. 12: cap. XXXI.
2. G. Kaibel, Hermes 28 (1893), p. 45 : p. 18, 4 L.
3. W. Kroll, Philologus 53 (1894), p. 422 : p. 28, 2 L.
4. Carolus Reinhardt, De Graecorum theologia capita duo, Berol. 1910:

p. 116, adn. 1 : p. 72, 19 L.<br>
p. 116, adn. 2 : p. 75, 7 L.<br>
p. 117 : p. 5, 19 L.

V. De indole libelli Cornutiani egerunt:

1. Guil. Iul. Car. Muetzell, De emendatione Theogoniae Hesiodeae, Lips. 1833, p. 307 adn.
2. Henricus Ritter, Geschichte der Philosophie IV (1834), p. 202 adn.
3. O. Jahn l. l. (I, 5).
4. Fridericus Osannus, Epimetrum editoris ad editionem e Villoisoni schedis curatam.
5. C. Lang in editionis praefatione.
6. Robertus Münzel, De Apollodori περὶ θεῶν libris dissert. Bonnens. 1883, p. 25 sq.
7. Idem, M. Rh. 40 (1885), p. 633 adn. 1.
8. Paul Wendland, Hellen.-röm. Kultur (1907) p. 65 adn. 2.
9. Maximilianus Pohlenz in Reppii disputationis censura BphW. 1908, p. 132.
10. Carolus Reinhardt l. l. p. 26 sqq.
11. Otto Gruppe in Reinhardti libri censura BphW. 1911, Nr. 15/16, p. 473.
12. A. Dieterich, Kleine Schriften (1911), p. 461.

VI. De fontibus egerunt:

1. Villoisonus, l. l. p. XXXVIII sqq.
2. Fridericus Osannus, Beiträge zur griech. und röm. Litteraturgeschichte (1835) I p. 221: de capite XIII.
3. C. Wachsmuth, Commentatio de Zenone Citiensi et Cleanthe Assio (Gott. 1873) I p. 15.
4. Georgius Wissowa, De Macrobii Saturnaliorum fontibus capita III, dissert. Vratisl. 1880, p. 37: de Cornuti et Macrobii similitudinibus.
5. Robertus Münzel l. l. p. 25 sqq.
6. Idem, Quaestiones mythographae (Berol. 1883), p. 17.
7. Ernestus Maass, Aratea (Philol. Unters. 12) 1892, p. 34; p. 252; p. 211 sqq.: de capitibus II., IX., XIV.
8. Panzer, De mythographo Homerico restituendo, dissert. Gryph. 1892, p. 66 sqq.: de capitis XX. initio.
9. Eduardus Schwartz, Apollodor, apud Pauly-Wissowa R. E. I 2873.

10. Dietze, Neue Jahrbücher f. Philol. 153 (1896), p. 218: de capite XXX.
11. Börtzler, Porphyrius' Schrift von den Götterbildern, dissert. Erlangen 1903, p. 30 sqq.
12. Ernestus Hefermehl, Studia in Apollodori περὶ θεῶν fragmenta Genevensia, dissert. Berol. 1905.
13. Carolus Reinhardt l. l. p. 84 sqq. 91. 95. 99 sqq. 116. 118 sqq.

De Cornuto et scholiis Hesiodeis egit Flach, Glossen und Scholien zur Hesiodeischen Theogonie (1876), Prolegomena.

De doctrina Stoica conferas Zeller, Philosophie der Griechen III 1[4] ed. E. Wellmann p. 330 sqq.

Ioannes ab Arnim in Stoicorum fragmenta recepit: cap. XXI = I 514; cap. XXXII, p. 67, 14—17 = I 542; p. 67, 17—68, 3 = I 503; p. 69, 14—17 = I 543. — cap. XV = II 1083; cap. XVII, p. 30, 11—13, 17—18 = II 1086; cap. VI, p. 7, 4—5 = II 1087; cap. XIII = II 1092.

# Praefatio.

Exstat libellus non ita amplus, quo theologia Graeca perstringitur. Auctoris nomen variant codices: alteri enim praebent *Κορνούτου*, alteri *Φουρνούτου* sive *Φορνούτου*. Sed haec nominis forma, quae in deterioribus codicibus legitur, nullus dubito, quin scribarum sive incuria sive ignorantia orta[1]) reicienda sit. De altera autem inscriptionis parte non satis constare videtur. Valde enim, quae codices praebent, inter se discrepant, et ita discedunt librorum classes, ut prima exhibeat *Κορνούτου ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδεδομένων*, secundae classis e libris plerique, quibus accedunt codices tertiae classis familiae alterius, praebeant *Φουρνούτου θεωρία περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, nonnulli ad auctoris nomen statim primi capitis quae fertur inscriptionem adiungant. Quod autem in tertiae classis familia *α* traditur, id ex inscriptione, quae in primae classis libris inest, detortum esse videtur. Sed accedit aliud testimonium. Manifestum enim est ex eo quem manibus tenemus libro, etsi paucis mutatis aliisque omissis, exscriptum esse, quod in Etymologico Magno sub voce *Ζεύς* legitur (p. 408, 52 Gaisf.): *Κορνοῦτος ἐν τῷ περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας φησὶν κ. τ. λ.* Vides igitur hoc testimonio auctöris nomen, quod in optimis codicibus inest, probari, novam autem inscriptionis formam iis, quas codices tradunt, addi. Eo autem Langius, editor libelli recentissimus, refugit, ut inscriptionem primae classis Etymologici ope corrigeret et hunc refingeret titulum: *Κορνούτου ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν παραδεδομένων*. Quod idem inest in codice quodam classis tertiae fortasse Bessarionis manu conscriptus,[2]) id levioris videtur momenti esse, quoniam

---

[1]) Cf. Langii praef. p. I.

[2]) Cf. Langii praef. p. XV 19.

simili coniectandi via repertus esse potest. Verum tamen confiteor hanc inscriptionem maiorem auctoritatis speciem prae se ferre atque eas, quas codices praebent. Neque enim quid valeat *κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν* intellegi potest; fortasse *θεωρίαν* a librarii cuiusdam mendo repetendum est aut, quod mihi quidem veri similius videtur esse, e codicum classis *b* inscriptione in alteram inrepsit. Probabile non est vocem *ἐπιδρομή* non usitata notione dictam recentioris aevi magistro cuidam sciolo aut scribae deberi. Ad libelli argumentum hic titulus aptissimus est: nam voce *ἐπιδρομή* significatur „subita, compendiosa rei tractatio“;[1] cuius vocis eundem usum alio exemplo Langius praef. p. X fulsit. Diogenes Laertius enim citat librum Dioclis Magnetis qui inscribitur *ἐπιδρομὴ τῶν φιλοσόφων,* quem titulum Fridericus Nietzsche[2] latine vertit „philosophorum percursio“; eundem in modum in libello Cornutiano theologia Graeca percurritur. Dei enim a Saturno et Rhea generati ad mundi elementa referuntur, adduntur Caeli Saturnique fabulae; dehinc de Iove de Fato de Musis de Gratiis de Mercurio agitur, interiectis fabularum quarundam, quae apud Homerum occurrunt, interpretatione et commentarii Hesiodei frustulo numina belli et maris absolvuntur. Herculis ratione physica exposita Apollo et Diana, denique Dis pater pertractantur.

---

[1]) Osannus praef. p. XXXV adn.

[2]) M. Rh. 23 (1868) p. 633; cf. Martini, Diocles (50) ap. P.-W. V 1801.

## Caput primum.

Cornutum Persii praeceptorem philosophum et grammaticum Stoicorum sectae addictum de theologia Graeca scripsisse constat Theodoreti testimonio (Graecar. affect. curat. II 35 p. 62 Raeder): *Κορνοῦτος δὲ ὁ φιλόσοφος τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ξυντέθεικε.* Oritur quaestio difficillima, utrum libellus, qui eius nomine fertur, opus genuinum sit an epitome sive ex ampliore Cornuti ipsius libro sive e compluribus libris, in quibus ille erat, confecta. Quam ad quaestionem profligandam nihil e testimoniis Theodoreti aut Etymologici Magni lucramur; neque enim pro certo probari potest a Theodoreto illud, quod servatum est, compendium intellegi, etiamsi vix quisquam negaverit verbis, quibus utitur, similiter atque iis, quae in Etymologico Magno leguntur, inscriptionem a Langio restitutam comprehendi posse. Etymologus vero Magnus qui dicitur testis est recentior, cuius temporibus talis epitome iam circumferebatur.[1]) Sed quominus libellum a Cornuto philosopho Stoico omnino alienum et recentiori cuidam grammatico eiusdem nominis tribuendum esse censeamus, ideo praepedimur, quod, quae proferuntur, maximam partem optimis et veteribus e fontibus hausta sunt, id quod in scholia ad Persium aliaque, quae Cornuto falso adscribuntur, non aeque cadit. Verum tamen cum haec quaestio testimoniis extrinsecus adsumptis solvi non possit, necesse est libelli indolem accuratius examinare.

Ottoni Jahn[2]) Cornutiani libelli indoles talis videbatur esse, qualis vix conveniret libro a Cornuto ipso, viro eximie docto,

---

[1]) Cf. Münzel, De Apollodori *περὶ θεῶν* libris, dissert. Bonnens. 1883, p. 25 sq.

[2]) Prolegomena ad editionem Persii (1843) XII: hoc vel e titulo effici putat; coniecit enim pro *ἐπιδρομή* scribendum esse *ἐπιτομή*.

conscripto. Servatam esse censuit *quasi umbram quandam, quamquam nec ipsam integram operis Cornuti Persii praeceptoris.* Similiter atque Jahnius nostra aetate iudicaverunt Robertus Münzel et Paulus Wendland.[1]) Jahnii sententiae Langius in libelli editionis praefatione oblocutus est. Contrariam in partem digressus non epitomatoris sed interpolatoris vestigia detexisse sibi videtur et multis et amplis locis, quos offensioni esse censet, damnatis integram libelli formam, quae auctori ipsi debeatur, restitui posse opinatur. Qui obeli usus virorum doctorum, qui hanc rem tetigerunt, plerisque non placuit.[2]) Sed cum in quaestione a Jahnio suscitata haud parvi intersit, quae aliunde in libellum inserta videantur esse, quantum fieri potest, certis terminis circumscribere, haud supervacaneum puto esse Langii in sententiam diligentius inquirere.

Interpolatoris additamenta consentaneum est praecipue inde perspicua esse, quod sermo prorsus alienus sit a scriptoris ipsius usu dicendi, quem accurate observare necesse est. Nam si in interpolationis investigatione solo sensu nitimur, qui fortasse scriptori, qualem ipsi mente fingimus, minus convenire videatur, nimis latus coniectandi patet campus neque quicquam pro certo et explorato pronuntiari licet. Quam rationem Langius adhibuit, maximam quidem partem Schmitt-Blankium (Zur Texteskritik des Cornutus, Eos I (1864) p. 92—102; p. 526—548) secutus. Sed videamus singula.

p. 3, 8 *καὶ ἡ φύσις ἡμῶν βασιλεύειν ῥηθείη.* Haec verba, quae editor non tetigit, Münzel l. l. p. 26 aliunde illata esse censet, quod non legantur in Etym. Magno, ubi hic Cornutianus locus exscribitur. Sed huic argumentationi non nimium auctoritatis tribuendum videtur esse. In Etym. Magno *ἄν*, quod Cornuti in libro post *ὡς* exstat, non legitur, quo omisso optativus (*ῥηθείη*) sequi non potest. Facilius autem puto fieri potuisse, ut illud enuntiatum, quod apud Cornutum legitur, decurtaretur, quam verba, qualia in Etym. Magno exstant, ab interpolatore quodam supplerentur.

---

[1]) Robertus Münzel l. l. et Mus. Rhenan. N. F. 40 (1885) p. 633 adn. 1. Paulus Wendland, Hellen.-röm. Kultur p. 65 adn. 2.

[2]) Cf. U. de Wilamowitz-Moellendorff, Coniectanea, ind. schol. Gott. aest. 1884, p. 12.

p. 3, 11—13 *καὶ ἡ γενικὴ πτῶσις ἀπ᾽ αὐτῆς ἐστι Δεός, παρακειμένη πως τῇ Διός*. Convenit Cornutiano cum sermone particula *πως* sive adiectivo sive participio postposita. Cf. p. 32, 22. 33, 17. 40, 7. 43, 19. 45, 20. Cum participii *παρακειμένη* usu hic obvio comparandum est adverbium *παρακειμένως* p. 46, 15, 16. 65, 6, 7.

p. 5, 17—18 *πρῶτον μὲν τὴν Ἴδην ἐπωνόμασαν αὐτῇ, μετέωρον ὄρος καὶ ὁ μακρόθεν ἔστιν ἰδεῖν*. Carolus Reinhardt (De Graecorum theologia capita duo (Berol. 1910), p. 117) hoc enuntiatum Cornuto restituit recte ante *ὀρείαν* (v. 19) inserens *εἶτα*. Similis verborum constructio, si modo codicum lectionem retinemus, p. 67, 8 occurrit (*καὶ εὑρεθὲν τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον τῷ Ἀπόλλωνι προσωνόμασαν Πύθιον*), quae nescio an illo loco fulciatur.[1])

p. 6, 2—3 *τάχα δὲ καὶ ἐπεὶ οἱ χειμῶνες ἀγριωπόν τι ἔχουσι*. His de verbis ambigi potest, nam insulsa est ratiocinatio et ad id tantum pertinet, quod leones Rheae sacri creduntur esse, quorum feritas cum saevis tempestatibus comparatur. Neque tamen hoc enuntiatum interpolatori tribuerim. Nam Cornuti genus dicendi apparet in verbis *τάχα δὲ καὶ ἐπεί* (cf. p. 24, 3, 4. 53, 2, 3) et in pronomine *τι* adiectivo postposito. Cf. e. gr. p. 37, 7. 38, 21, 39, 1.

p. 7, 1—2 *εἴληπται μὲν οὖν οὕτω πάνυ εἰκότως*. Uncos tollendos esse probatur verbis *πάνυ εἰκότως* vere Cornutianis cf. p. 8, 6, 7. 36, 20; similiter *πάνυ οἰκείως* legitur p. 26, 4, 5. 53, 19. 56, 6; *εἰκότως* solum saepenumero occurrit, cf. Langii indicem. Sed valde codicum lectiones inter se discrepant. Nam codd. gen. *a* praebent *εἴωθεν οὖν*, codd. gen. *bc εἴληπται μὲν οὖν οὕτω*. Suspicor autem viam corrigendi muniri codd. *a* lectione et scribendum esse *εἰωθέναι πάνυ εἰκότως*. Cf. Cic. de nat. deor. II 64, p. 289, 6 Plasb. *ex se enim natos comesse fingitur solitus*. Augustin. de civ. dei VII 19 (Varro) „*Saturnum, inquit, dixerunt, quae nata ex eo essent, solitum devorare . . .*" Macrob. S. I, 8 *hunc aiunt filios suos solitum devorare.*

p. 8, 6—9 *πάνυ δ᾽ εἰκότως καὶ ἀγκυλομήτην καλοῦσι τὸν Κρόνον, ἀγκύλων ὄντων καὶ δυσπαρακολουθήτων ἃ μήτι*

[1]) Collocatio verborum autem videtur turbata esse: fortasse *εὑρεθέν* post *Δελφοῖς* transponendum est.

ἐτέλεσε, τοσούτους ἀριθμοὺς ἐξελίττων. En recurrit πάνυ εἰκότως. Atque etiam genetivus absolutus, quo in libello Cornutiano nihil tritius est, monet, ut haec verba uncis liberemus.

p. 9, 10—11 αἳ δὴ ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν τὸ ὄνομα ἔσχον. Hac in sententia certissimum Cornuti ipsius manus indicium inest: pronomen enim relativum cum particula δή iunctum saepissime in libro Cornutiano nobis obvium est.[1])

p. 12, 19 σύλληψιν ἡ̔ ει̅ συλλαβὴ περιέχει καθάπερ καὶ ἐν τῷ εἱρμῷ. Tam depravata sunt, quae codd. exhibent, ut omnem coniectandi operam frustrentur; neque liquet, utrum haec verba subditiva sint necne.

p. 15, 10—11 τῷ καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν παιδείαν θηλυκὰ ὀνόματα ἐκ τύχης ἔχειν. Propter phrasin ὀνόματα ἔχειν, quam etiam p. 9, 10 legimus, haec verba Cornuti ipsius esse persuasum habeo (ceterum cf. κλῆσιν ἔχειν p. 48, 2. 74, 24. 75, 1). Neque editor ea delevisset, si, quonam modo intellegenda essent, recte perspexisset: Musarum nomina auctor explicat idcirco esse sexus feminini, quod etiam virtutum et educationis appellationes huius generis sint, quare, qui ὀνόματα ἔθεντο, ad perfectam artium liberalium cognitionem adipiscendam opus esse umbratili et adsidua, qualis mulieres deceat, industria significare voluerint. De vocabuli ἐνδομενεία vi vide infra.

p. 18, 7—9 τινὲς δ' Οὐρανοῦ καὶ Γῆς ἔφασαν αὐτὰς φῦναι ὡς ἀρχαιότατον ἡγεῖσθαι τὸν περὶ τούτων λόγον δέοντος. Genetivus absolutus δέοντος, de quo infra verba faciam, Cornuti sermonis proprius est, quare haec verba non possunt esse non genuina.

p. 19, 11—12 χαρίζεσθαι πολλά. Unci tollendi sunt; ante χαρίζεσθαι supplendum est καί.

p. 20, 5—14 ἱλαρῶς δὲ εὐεργετεῖν δέοντος καὶ ἱλαροὺς ποιουσῶν τοὺς εὐεργετουμένους τῶν Χαρίτων, πρῶτον μὲν κοινῶς ἀπὸ τῆς χαρᾶς πᾶσαι Χάριτες ὠνομασμέναι εἰσί· καὶ εὔμορφοι δὲ λέγονται εἶναι καὶ εὐήδειαν καὶ πιθανότητα χαρίζεσθαι· εἶτα κατ' ἰδίαν ἡ μὲν Ἀγλαΐα προσηγόρευται, ἡ δὲ Θάλεια, ἡ δὲ Εὐφροσύνη, διὰ τοῦτο ἐνίων

---

[1]) Semel hunc in modum apud Heraclitum personatum legimus (p. 64, 15 Oelm.): νὺξ ἦν τὸ σύμπαν, ὃ δὴ χάος ποιητῶν ὀνομάζουσι παῖδες.

*καὶ Εὐάνθην φησάντων μητέρα αὐτῶν εἶναι, τινῶν δ' Αἴγλην. συνοικεῖν δ' Ὅμηρος ἔφη μίαν τῶν Χαρίτων τῷ Ἡφαίστῳ διὰ τὸ ἐπιχάριτα εἶναι τὰ τεχνικὰ ἔργα.* Totum comma Langius damnavit nimiam fidem habens argumentationi Schmitt-Blankii l. l. p. 101, quae, quam futtilis sit, infra spero fore ut magis eluceat. Sed vel usu dicendi considerato cogitari non potest haec verba aliunde esse addita; en tenemus p. 20, 5 genetivum absolutum *δέοντος,* phrasis *κατ' ἰδίαν* (v. 9) p. 27, 7 recurrit, verbum *συνοικεῖν* eadem significatione p. 33, 3. 64, 4 legitur.

p. 21, 7 *ἢ ὥς τινες, ἰσχυρός.* Non est, in quo offendamus, si modo *ὑπάρχων* etiam ad *ἰσχυρός* pertinere statuimus.

p. 23, 3—6 *φέρουσι δ' ἄλλως οἱ μετιόντες τὴν εἰρήνην καὶ θαλλοὺς μετὰ χεῖρας πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ γεωργεῖσθαι θέλειν τὴν χώραν καὶ φειδώ τινα εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ καρποφόρων φυτῶν.* Etsi desunt hoc in enuntiato Cornutiani usus dicendi proprietates graviores, certe una vox occurrit Cornutiana, quae alibi quoque in libello legitur: nam *ὑπόμνησις* eadem vi dicitur p. 75, 9 *πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ αἰνεῖσθαι. ἄλλως* (v. 3) vero non aliter accipiendum est atque aliis locis: cf. p. 9, 1. 9, 8. 15, 19. 42, 14. 48, 9. Pro *μετὰ χεῖρας,* quod editor e codicibus *IXM* exhibet, fortasse legendum est *διὰ χειρός* (cf. Soph. Ant. v. 1258). *διὰ χεῖρας*: *P.*

p. 23, 20—21 *ὃς δὴ καὶ τυχὸν τῷ ὄντι ἐστὶ τυγχάνων ὧν ἂν πρόθηται.* Pronomen relativum cum particula *δή* copulatum atque etiam *τῷ ὄντι,* quod p. 33, 2. 69, 20 recurrit, suadent, ut haec verba genuina esse censeamus. Fortasse *τυχόν,* quod editor in indice latine vertit „forte“, delendum est.

p. 24, 8—9 *ὃς δὴ συνίστωρ ἐστὶ τῆς εὑρέσεως ἐνόδιος ὤν,* quae in verba idem fere cadit atque in ea, de quibus modo egi. Etiam vox *εὕρεσις* vere Cornutiana est: cf. p. 33, 8. 56, 23.

p. 27, 17—18 *Αἰγαίων μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἀεὶ τεθηλὼς καὶ γαίων.* Haec nominis Aegaeonis derivatio, cui sine dubio versus Homericus *A* 405 *ὅς ῥα παρὰ Κρονίωνι καθέζετο κύδει γαίων* praefulsit, etiamsi apud eos scriptores, qui similes fontes atque Cornutus adierunt, non invenitur, Cornuto non abrogaverim. Nam etiam veriloquium Briarei nominis, quod antecedit, ex psius officina videtur prodisse; voluit autem demonstrare eiusdem

numinis utroque nomine et apud deos et apud homines usitato eundem fere in modum vim et robur semper florens et fervescens designari. Conformatio etymologiae plane eadem est atque p. 12, 16 obvia (cf. *ἐστὶν ὁ ἀεὶ τεθηλὼς καὶ γαίων — ἐστὶν . . . ἡ ἀεὶ οὖσα*).

p. 28, 10 *καὶ αὐτὸ δὲ κέχυται διὰ τὴν λεπτομέρειαν.* Cornutianae dictionis est *καὶ — δέ*; vide Langii indicem. Cum voce *λεπτομέρεια* comparandum est adiectivum *λεπτομερής*, quod p. 29, 12 exstat.

p. 28, 17—18 *ἃ δὴ μυχὸν Γῆς ὠνόμασεν ὁ προειρημένος ποιητὴς τῷ περιειληφέναι αὐτὴν καὶ κρύπτειν.*[1] Praeter *ἃ δὴ* Cornuti dicendi usui optime respondet *ὁ προειρημένος*, cf. p. 31, 8, 9. 32, 17. 44, 4, 5.

p. 30, 19—31, 2 *ὃς δὴ καὶ ἀκαλαρρείτης κέκληται τῷ ἡσύχιόν τι καὶ σχολαῖον τὴν ῥύσιν αὐτοῦ ὡς τὴν τοῦ ἡλίου κίνησιν ἐμφαίνειν καὶ βαθυδίνης τῷ βαθέως δινεῖσθαι.* Cornuti ipsius manus non solum e pronomine relativo, cui *δή* accedit, sed etiam e pronomine *τι* adiectivo postposito elucet. Neque inde, quod hoc enuntiatum aliqua e parte pugnare videtur cum Oceani definitione, quae praecedit, oritur dubitatio. Nam alio e fonte adscriptum esse videtur potius ad Oceanum Homericum terram cingentem quam ad Titanem Hesiodeum. Cf. schol. (*A*) *Η* 422 *ἡσύχως καὶ πράως ῥέοντος· ἀκαλὸν γὰρ τὸ ἥσυχον λέγουσιν.* schol. *τ* 434 *ἀκαλαρρείτου τοῦ ἀκαλῶς καὶ ἡσύχως ῥέοντος.*

p. 32, 5—8 *λέγεται δὲ καὶ συνεῖναί ποτε τῷ Διῒ ὁ Προμηθεύς· πολλῆς γὰρ προμηθείας πᾶσα μὲν ἀρχὴ καὶ προστασία πλειόνων, μάλιστα δὲ ἡ τοῦ Διὸς δεῖται.* Huius sententiae conformatio aut dictio non habet suspicionem, etiamsi deest Cornuti dictionis nota propria. Neque vero e sententiarum conexu aliquid delendum esse efficitur. Nam enuntiatum, quod insequitur, *καὶ κλέψαι δέ φασιν κ. τ. λ.* ad sententiam praecedentem (*λέγεται δὲ κ. τ. λ.*) optime applicatur. Promethei enim notio, quae in capitis initio explicata erat, in enuntiato a Langio damnato

---

[1]) Hoc de loco iam Ernestus Maass, Orpheus p. 256 adn. 18 recte iudicavit. Cf. C. Reinhardt, De Graecorum theologia capita duo (Berol. 1910), p. 65.

respicitur, in insequentibus autem ita invertitur, ut Prometheus ad hominum prudentiam et calliditatem adultam et corroboratam referatur.

p. 33, 2—5 *διὰ τοῦτο γὰρ τῇ πρώτῃ γενομένῃ γυναικὶ συνοικῆσαι τοῦτον ἔφασαν· ἀφρονέστερον γάρ πως δὴ καὶ τὸ θῆλυ εἶναι καὶ ἐπιμηθεῖσθαι μᾶλλον ἢ προμηθεῖσθαι πεφυκός.* Haec verba editor ipse non nisi dubitans expunxisse videtur, quippe qui in apparatu critico adnotaverit: „Si 2. *διὰ τοῦτο*- 5. *πεφυκός* genuina censeas, *διὰ τοῦτο γοῦν* est scribendum“. Atque hoc modo, ut emendemus, nescio an simili dicendi modo permoveri possimus, qui p. 22, 9 invenitur (*διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ῥάβδον ἐγχειρίζουσι*). Nam verba a Langio in uncos coniecta non aliunde illata esse constat non solum propter particulae *πως* usum — de quo cf. supra p. 5 (ad Corn. p. 3, 11—13) — sed etiam propter verbum *πεφυκέναι* cum infinitivo iunctum, quod in insignibus Cornutianae dicendi consuetudinis proprietatibus numeratur (cf. p. 14, 6. 36, 6. 62, 5. 72, 1, 2).

p. 34, 13—14 *καὶ γὰρ ὁ μῦθος παρὰ τῷ ποιητῇ ἐστι, παλαιότατος ὤν.* Haec verba parenthesis quam vocant intellegi possunt; conferas quaeso e. gr. p. 21, 13, 14, ubi *καὶ γάρ* recurrit. Ceterum similem in modum p. 62, 16 legimus *καὶ ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ δὲ μῦθος.*

p. 35, 17—19 *Ἀμήτωρ δέ ἐστιν ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸ ἀλλοίαν εἶναι τὴν τῆς ἀρετῆς γένεσιν καὶ οὐχ οἵα ἡ τῶν ἐκ συνδυασμοῦ γενομένων ἐστί*; 36, 5—7 *ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ πεφυκέναι θένεσθαι καὶ ὑποτάττεσθαι τὴν ἀρετήν*; 36, 9 *τοιοῦτον γάρ τι ἡ ἀρετή.* Haec enuntiata, quippe quibus eundem in modum numini Minervae virtutis notio adsignetur, non possunt non profecta esse ab eodem auctore. Itaque si unus ex his locis Cornuto debetur, ceteri non possunt spurii esse. Et sunt Cornutiana, quae leguntur p. 36, 5 sq.: occurrit enim ille, de quo supra dixi, usus verbi *πεφυκέναι*; et quod levioris momenti est, verbum *ὑποτάττεσθαι* etiam p. 30, 15 legitur. Neque verborum constructionem solutiorem interpolationi indicio puto esse: quid enim obstat, quominus Cornutum *ἀνακόλουθον* quoddam, quod dicitur, sibi sumpsisse censeamus?[1]) Ea vero, quae p. 36, 9

[1]) Hoc si quis audacius esse censet et coniecturam mavult, fortasse supplendum est *ἐτυμολογοῦσιν αὐτήν*, cf. p. 2, 4. 65, 8, 9.

exstant, originem videntur ipsa prodere, cf. p. 7, 4. 54, 15, 16. Ne quis obiciat in allegoriis p. 34, 20 sqq. explicatis Minervam sapientiam sive prudentiam intellegi, id quod apud Stoicos usitatissimum sit, iis autem locis, quos editor damnaverit, illi virtutis notionem tribui, satis puto esse monere secundum Stoicorum doctrinam nihil differe inter prudentiam (*φρόνησιν*) et virtutem (*ἀρετήν*).

p. 39, 6—12 *καὶ ἱππίαν καὶ δαμάσιππον καὶ δορικέντορα καὶ πολλαχῶς ἄλλως αὐτὴν προσαγορεύουσι, καὶ ἀνιστᾶσι τὰ τρόπαια ἐκ ξύλων ἐλαΐνων, μάλιστα δὲ καὶ τὴν Νίκην αὐτῇ πάρεδρον διδόασιν, ἥτις ἐνὶ εἴκειν, τῷ περιγινομένῳ ποιεῖ, πτερωτὴ παρεισαγομένη διὰ τὸ ὀξύρροπον καὶ εὐμετάβολον τῶν παρατάξεων.* Cuius loci habitus tam vere Cornutianus est, quem extrinsecus inrepsisse cogitari non possit. Nam praeterquam quod collectioni cognominum, quae ad Jovem tonantem pertinent, similibus verbis atque Minervae cognominum seriei finis imponitur (cf. *καὶ πολλαχῶς ἄλλως* p. 39, 7 — *καὶ ἄλλως πολλαχῶς κατὰ διαφόρους ἐπινοίας* p. 9, 13), voces Cornutianae occurrunt hae: v. 9 *πάρεδρον* cf. p. 45, 12; v. 11 *παρεισαγομένη* cf. indicem; v. 12 *παρατάξεων* cf. p. 41, 8. 64, 3.

p. 40, 14—15 *οὐ κατ' ἄλλον λόγον ἢ καὶ ὀβριμοπάτρις ἡ Ἀθηνᾶ.* Sermonis Cornutiani videtur esse *κατ' ἄλλον λόγον,* cf. p. 8, 10 *κατ' ἄλλον δὲ λόγον,* p. 56, 8 *κατὰ λόγον.* Neque quod sensum attinet, movetur dubitatio.

p. 41, 4—5 *γίνεται οὖν ἀπὸ τοῦ ἄρσαι, ὅ ἐστιν ἁρμόσαι.* Verba *ἀπὸ τοῦ ἄρσαι, ὅ ἐστιν ἁρμόσαι,* quippe quibus etymum contineatur, quo omisso originatio nominis Martis non intellegitur, vix possunt desiderari; et eundem fere in modum eadem in derivandi ratione p. 74, 19 etymum ipsum additur (*ἐκ τῆς χαρᾶς*). Id quoque Cornuti cum consuetudine convenit, quod interpretationis instar subiungitur *ὅ ἐστι κ. τ. λ.* (cf. p. 2, 1; 14. 45, 22. 57, 3). Sed ab eius sermone abhorret verbum *γίνεσθαι* in voce quadam derivanda adhibitum, neque scio, an recte suspicer legentem quendam, qui sententiae conformationem paulo impeditiorem non perspexerit, *γίνεται οὖν* addidisse. Quae verba si delentur, prodit talis qualem supra quoque (p. 9) restitu

parenthesis forma haud aliena a stilo Cornutiano (— *διὰ στατικὸς καὶ λυμαντικὸς τῶν προσηρμοσμένων* —).

p. 42, 8—11 *εὐλόγως ὑπό τινων καὶ μυκητὰς εἴρηται, τῆς θαλάττης τινὰ τοιοῦτον ἦχον ἀποτελούσης, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἠχήεσσα καὶ ἀγάστονος καὶ πολύφλοισβος λέγεται.* Complures his in verbis insunt Cornuti sermonis notae verissimae: genetivum absolutum apud Cornutum usitatissimum esse supra p. 6 (ad Corn. p. 8, 6—9) adnotavi; *εὐλόγως* legitur in eadem pagina v. 14; hinc id interpolatorem quendam arripuisse non vereor, ne quis autumet. Etiam *ἀφ᾽ οὗ* Cornutianum est, cf. p. 2, 2. 37, 22. 38, 3. 60, 8. 60, 25, 61, 1. Neque verba, quae v. 14—15 exstant, Cornuto abroganda puto esse. Sententiarum autem decursus uncis sublatis talis est, qualis scrupulum non moveat. Neque enim in eo est offendendum, quod post enuntiatum *ἀποτελουμένων ἐσθ᾽ ὅτε καὶ μυκημάτων κατὰ τὴν ῥῆξιν* insequitur explanatio Neptuni cognominis *μυκητάς* non e terrae motu, sed maris e mugitione derivata. Aptissime vero tota ratiocinatio ita comparata est, ut quomodo e maris mugitione expeditur, quod Neptunus *μυκητάς* appellatur, eodem quod tauri nigri ei immolandi sunt, e maris et omnino aquae colore explanatur. Ceterum similiter atque hic p. 41, 9 cum etymologiis dei cognominum victimarum, quae deo debentur, enumeratio copulata est (cf. *ὅθεν καὶ ὄνους κ. τ. λ.* p. 41, 9 — *ἐντεῦθεν δὲ ἔδοξαν καὶ ταῦροι αὐτῷ προσήκειν* p. 42, 11).

p. 43, 1—2 *καὶ αὐτοῦ δέοντος.* Mutila videntur esse haec verba, neque video, quo modo suppleri possint; verum tamen propter *δέοντος* uncos tollendos esse pro certo habeo.

p. 43, 8—14 *ἔχεταί τινος ἀποκεκρυμμένου ἐτύμου αὐτή τε καὶ ὁ Τρίτων καὶ Ἀμφιτρίτη, εἴτουν πλεονάζοντος τοῦ τ στοιχείου, ἀπὸ δὲ τῆς ῥύσεως αὐτῶν οὕτως ὠνομασμένων, εἴτε καὶ παρ᾽ ἄλλην αἰτίαν. ὁ δὲ Τρίτων δίμορφος ὢν τὸ μὲν ἔχει μέρος ἀνθρώπου, τὸ δὲ κήτους, ἐπειδὴ καὶ τὸ εἰρημένον ὑγρὸν τὴν μὲν ὠφελητικὴν ἔχει δύναμιν, τὴν δὲ βλαπτικήν.* His in verbis complures insunt Cornuti dicendi usus proprietates neque eae levioris momenti. Eodem enim modo atque hic verbum *ἔχεσθαι* cum genetivo iunctum legitur p. 41, 5. 44, 9. In deliciis vero Cornuto est dicere *οὕτως ὠνομασμένον* similiaque. *ἔτυμον* recurrit p. 19, 7. 74, 21; *εἴτουν εἴτε* p. 47, 20, 21.

69, 17, 20. Cum verbis *πλεονάζοντος τοῦ τ στοιχείου* congruit phrasis, quae p. 16, 13 scripta legitur *ἑνὸς πλεονάζοντος στοιχείου*; de usu participii *εἰρημένος* comparanda sunt, quae exstant p. 4, 10. 7, 3. 22, 19. 27, 12. 30, 7. 31, 11. 67, 7 (conferas quaeso, quae supra p. 8 (ad Corn. p. 28, 17—18) de participio *προειρημένος* adnotavi). Apertum autem est verba *τὸ εἰρημένον ὑγρόν* referenda esse ad initii capitis haec: *ὁ αὐτός ἐστι τῇ τεταγμένῃ κατὰ τὸ ὑγρὸν δυνάμει.*

p. 44, 7—9 *τὰς δὲ γαμουμένας νύμφας καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι κρυπτομένας τέως.* Nisi quod *πρώτως* a Cornuti dicendi consuetudine non alienum est, e verborum usu nihil effici potest; sed si in fontem inquisiverimus, hunc locum non subditivum esse pro certo probabitur.

p. 46, 15—16 *ὅτι τῷ φιλεῖν παρακειμένως ἐξενήνεκται.* Vox *παρακειμένως* etsi notione paulum variata adhibetur p. 65, 6, 7. Ut, qua ratione tilia Veneri tribuatur, planum fiat, post verba *διά τε τοὔνομα* vocis *φιλύρα* etymologiam subiungi necesse est. Similia sunt haec: *τάχα δὲ καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς, προστρέχον πως τῷ διαφαίνειν κ. τ. λ.* (p. 68, 16). Neque pugnat, quod p. 73, 5 legimus *καθιέρωσαν δὲ καὶ τὴν τρίγλαν αὐτῇ διὰ τοὔνομα* etymologia omissa; nam post ea, quae Cornutus p. 72, 7 docuerat, ratio huius interpretationis iam perlucida est.[1])

p. 47, 10—11 *ἀποδίδοται δὲ καὶ λαμπὰς αὐτῷ, πυροῦν δοκοῦντι τὰς ψυχάς.* Hoc enuntiatum Cornuti usui dicendi bene respondet, quoniam *ἀποδίδοται,* quod Langius recte restituit e codicum *ἀναδίδοται,* etiam p. 17, 11 legitur. Neque verborum constructio in suspicionem vocari potest, cui similis exstat p. 67, 5. Bene autem oratio procedit; inducitur enim Amor pinnatus, tum sagittarius, denique fax ei tribuitur.

p. 51, 2—3 *καὶ τοῦ Διὸς ἐντεῦθεν σωτῆρος εἶναι λεγομένου.* Videntur haec verba cum stilo Cornutiano convenire; nam *ἐντεῦθεν* saepenumero genetivo absoluto additur: cf. p. 12, 13. 24, 10. 30, 16. 44, 2. 47, 16.

p. 52, 7—9 *ἢ διὰ τὸ ταύτην ὑπὸ τῆς φύσεως ἐσωτάτω*

---

[1]) Obstant fortasse quae p. 22, 7 leguntur. Quae verba vide ne mutila sint.

*τεθεῖσθαι ἢ διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς ὡσανεὶ ἐπὶ θεμελίου τὸν ὅλον ἑστάναι κόσμον*; 13 *ἢ ἐπ' αὐτῆς δήειν, ὅ ἐστιν εὑρίσκειν, ἃ ἐπιζητοῦσι.* Genuina esse, quae p. 52, 7—9 exstant, e similitudine eorum, quae p. 7, 15—16 leguntur, luculenter apparet; unum quod obicitur obstaculum, facile removetur, cum pro *ταύτην* (v. 7) scribimus *αὐτήν* (= ipsam). Neque aliter iudico de iis, quae p. 52, 13 scripta sunt: nihil est, in quo offendas; *ὅ ἐστι* vero iam supra p. 10 (ad Corn. p. 41, 4—5) vere Cornutianum esse adnotavimus.

p. 52, 18—53, 1 *ἡ πρὸς τὸ τρέφεσθαι μέχρι κόρου ὕλη.* Quae verba non esse subditiva testimonio extrinsecus adsumpto pro certo exploratur. Luce enim clarius est scholiastam, qui ad Aristophanis Vesp. v. 1438 haec adnotavit: *ναὶ τὰν Κόραν: (τὴν Περσεφόνην·) τουτέστι τὸν κόρον, τὴν πρὸς τὸ τρέφεσθαι μέχρι κόρου ὕλην. τοῖς δὲ περὶ Σικελίαν τὸ κατὰ Κόρης ὀμνύειν ἐνεφιλοχώρει. ἐντεῦθεν γὰρ Ἅιδης αὐτὴν ἁρπάσαι μεμυθεύεται, ὡς οἱ τοιαῦτά γε ἀλληγοροῦσαι δεινοί, διὰ τὸν γινόμενον ἐπὶ χρόνον τινὰ τῶν σπερμάτων κατὰ γῆς ἀφανισμόν,* exscripisse, quae apud Cornutum p. 52, 19 et 54, 12 leguntur. Ideo ea, quae editor damnavit, cum fieri non possit, ut e scholio in Cornutianum libellum illata sint, genuina ducenda sunt. Neque vero dubito, quae apud eum leguntur ex iis, quae scholiasta praebet, emendare: scribendum puto esse: *οἷον τὸν Κόρον, τὴν πρὸς τὸ τρέφεσθαι μέχρι κόρου ὕλην* (*τὴν — ὕλην*: $b^1$ *N*).

p. 53, 9—11 *τάχα δὲ ἡ χθὼν ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι ἢ τοῦ χωρεῖν πάντα ἐκλήθη, ὡς εἴρηται τὸ 'οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται'.* Vel ideo hoc enuntiatum Cornuto restituendum est, quod eundem in modum p. 47, 15 verbis *ὡς εἴρηται* Homeri versus pars inducitur. Quae res perficietur huius loci fonte investigato.

p. 54, 4—7 *ὃν τρόπον τρίβεται καὶ διακρίνεται διὰ τοῦ εἰς τὸν ἀέρα ἀναρριπτεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀχύρων· διὸ καὶ κριὸς ἐπιτηδείως ἔχει πρὸς τὴν σποράν.* Uncos tollendos esse clamat phrasis *ἐπιτηδείως ἔχειν,* quae recurrit p. 32, 4. 71, 20, 72, 1. Sed res quibusdam difficultatibus videtur intricata esse. Schmitt-Blank viam ad verum ferentem ingressus non ad finem persecutus est. Latere hoc in enuntiato vocis *κριθή* etymologiam verbis *ὅθεν καὶ κριθή,* quae e codd. $b^1$ $N_3$ *c* recepit, indicari

censuit. Sed tale a Cornuti consuetudine alienum est. Suspicor olim lectum esse *ὅθεν καὶ κλῆσιν ἔσχε* (scil.: *ἡ κριθή* cf. v. 4) sive aliquid simile, sed superscriptum esse *ἡ κριθή*, quod in contextum inrepserit et in quibusdam codicibus in *κριός* corruptum sit, detrusa autem esse verba *κλῆσιν ἔσχε*. Nam re vera hoc enuntiato derivationem vocis *κριθή* contineri, probatur his Herodiani (II, 1, p. 538, 24 Lentz): *κριθή* ... *ἢ διὰ τὸ κρίνεσθαι καὶ διαχωρίζεσθαι αὐτὴν ἀπὸ τῶν ἀχύρων ὑπὸ τῶν ἀνέμων*. Uncis sublatis participia *τριβομένη — διακρινομένη*, quae in codicibus exstant, retineri possunt.

p. 54, 9—11 *ἐκλήθη καὶ ἡ Δημήτηρ Ἐλευσινία ἀπὸ τῆς αὐτόθι πρῶτον ἐλεύσεως γενομένης τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀνθρώπινον ὄντως βίον*. Hanc sententiam editor non recte intellexisse videtur, alioquin eam non delevisset. Verbum *ἐκλήθη* revocandum est et ad vocem *ὁ τόπος* et ad *ἡ Δημήτηρ*: quo modo si sententiae conformationem intellegimus, nihil est in quo offendamus.

p. 56, 22 — 57, 5 *μυστήρια δ' ἄγειν ἤρξαντο αὐτῇ φιλοσοφοῦντες, ἅμα τῇ εὑρέσει τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων καὶ τῇ πανηγύρει χαίροντες ὡς μαρτυρίῳ χρώμενοι τοῦ πεπαῦσθαι μαχομένους αὐτοὺς ἀλλήλοις περὶ τῶν ἀναγκαίων μυσιᾶν τε, ὅ ἐστι κεκορῆσθαι· πιθανὸν γὰρ ἐντεῦθεν ὠνομάσθαι τὰ μυστήρια, ὅθεν καὶ μυσία παρά τισιν ἡ Δημήτηρ, ἢ ἀπὸ τοῦ μύσεως δεῖσθαι τὰ δυσξύμβλητόν τι ἔχοντα*. Totus huius loci habitus stili Cornutiani notam prae se fert. Occurrunt illius propriae voces hae: *μαρτύριον* cf. p. 26, 11; *πιθανόν* cf. p. 44, 22. 47, 12; *ἐντεῦθεν* quod passim legitur; *μύσεως* cf. p. 14, 8, ubi huius de vocabuli vi plura dicta sunt. De *ὅ ἐστι* iam supra (p. 10, cf. p. 13) verba feci.

p. 57, 12 — 15 *ἐκάλουν γὰρ τὸν λόγον εἰρήνην· ὁ δὲ πόλεμος ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ὀλλύναι οὕτως ὠνόμασται ἢ ἀπὸ τοῦ παλάμαις σπεύδειν περιγίνεσθαι τῶν ἐναντίων*. Haec verba quamquam primo quidem obtutu videntur esse additamentum illepidum et supervacaneum, tamen, quod *οὕτως ὠνόμασται* occurrit, quo de usu supra p. 11 (ad Corn. p. 43, 8 — 14) vidimus, Cornuto non abiudicaverim. Non aequi momenti neque tamen praetermittendum est verbum *περιγίνεσθαι* identidem in Cornuti libro legi: cf. p. 13, 2. 37, 1. 39, 10. 39, 20.

p. 57, 21—58, 1 *διόνυξος ὢν ἢ.* Haec verba, quae non nisi in codicibus generis *c* exstant, editor non recipere debuit.[1]) Atque omnino in initio capitis, quo de Libero patre agitur, resarciendo magis argumentis a Schmitt-Blankio prolatis quam optimorum codicum auctoritate fretus a vero valde aberrasse videtur. Proficiscendum est a codicum lectionibus: leguntur in codicibus gen. *a* haec: *τυγχάνει δὲ ὁ Διόνυσος ἤτοι διόνυσος*[2]) *ὢν ἢ οἷον διάνησος παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως ἢ παρὰ τὸ τὴν διάνοιαν ἐπομβρεῖν καὶ καταβρέχειν ἐσχηκὼς τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῆς ὕσεως ἢ ὡσανεὶ διάλυσος κεκλημένος κ. τ. λ.*, in codicibus gen. *b'* haec traduntur: *τ. δ. ὁ. Δ. ἤτοι διάνυσος παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως ἢ ὡσανεὶ διάλυσος κεκλημένος.* In iis, quae codd. gen. *a* praebent, corruptum esse *διόνυσος* quivis primo obtutu intellegit; in codicibus gen. *b'* autem sine dubio non integra sunt *διάνυσος — ἡδέως.* Patet autem via, qua medelam reperire possimus: in utroque codicum genere videtur aliquid recti servatum esse, qua re lectio gen. *a* cum lectione gen. *b'* apte coniungenda est. Nam facile fieri potuit, ut scribarum socorditate voces inter se tam similes confunderentur aut aliquid omitteretur. Persuasum autem habeo pro *διόνυσος,* quod genus *a* praebet, legendum esse, quod in *b'* traditur, *διάνυσος.* Hoc igitur modo scribendum est: *τ. δ. ὁ. Δ. ἤτοι διάνυσος ἢ οἷον διάνησος παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως ἢ παρὰ τὸ τὴν διάνοιαν ἐπομβρεῖν καὶ καταβρέχειν ἐσχηκὼς τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῆς ὕσεως κ. τ. λ.* Sed ficta vox *διάνυσος* aliis verbis interpositis ab iis seiuncta est, quibus huius etymologiae ratio accuratius exponitur; sequitur cola esse transponenda et scribendum: *τ. δ. ὁ Δ. ἤτοι διάνυσος ὢν παρὰ τὸ τὴν διάνοιαν ἐπομβρεῖν καὶ καταβρέχειν ἐσχηκὼς τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῆς ὕσεως ἢ οἷον διάνησος παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως ἢ ὡσανεὶ διάλυσος κεκλημένος, ἀφ' ἧς ἀρχῆς καὶ λύσιον αὐτὸν καὶ λυαῖον ἐπωνόμασαν, λύοντα τὰς μερίμνας.* Neque in verbis *λύοντα τὰς μερίμνας,* quae nulla particula praemissa ad cognomen explanandum

---

[1]) Schmitt-Blank in eo offendit, quod desit, quo vocis fictae *διόνυξος* notio explicetur.

[2]) *ἤτοι διόνυσος* in *N* desunt.

adduntur, offendendum est; eiusdem enim verborum constructionis exemplum iam p. 47, 10 invenimus.

p. 58, 7—10 *τὸ θερμὸν αὐτοῦ καὶ πυρωτικὸν τῶν τε σωμάτων καὶ τῶν ψυχῶν παριστάντος τοῦ μύθου — ὄντως γὰρ οἶνός τι πυρὶ ἴσον μένος ἔχει κατὰ τοὺς ποιητάς*, 11—14 *διὰ τὸ πεπαίνεσθαι καὶ τελειοῦσθαι τὸν οἶνον, εἰ γὰρ μὴ πεφυκότα γενναῖον ἀποτιθέμενον, ἀτελῆ δ' ὡς πρὸς τὴν χρῆσιν συγκομισθέντα τάδε.* Ad ea, quae p. 58, 7—10 leguntur, ab editore falso uncos adhibitos esse apparet: tenemus enim genetivum absolutum Cornutiano in libello usitatissimum, tenemus, quae illi in deliciis est, parenthesis constructionem; vocabula autem *παριστάναι* et *ὄντως* apud Cornutum tritissima sunt. Iis autem, quae codices p. 58, 11 praebent, Schmitt-Blank idem fere etiamsi verbis paulum mutatis dici censet atque enuntiato insequenti; quare ea a legente quodam in margine addita a librario autem quodam in Cornuti verborum contextum illata esse indicat. Sed cum vir doctus, ut adsolet, et hac in coniectura et in resarciendi tentamine codicum gen. *c* lectionem sequatur, vel ideo necesse est eius argumentationem infringi. Verum tamen adeo corrupta et mutila sunt, quae in codicibus insunt, ut in coniciendo operam et oleam perdidisse mihi videar. Quid autem Cornutus velit vel e laciniis misellis intellegitur: fabulam, qua Bacchus in Iovis femine insutus maturuisse narratur, inde explicat ratione quadam physica, quod vinum si in cellam condatur, mitescat et quasi ad maturitatem perveniat.[1]) Nam pro certo habeo *ἀποτιθέμενον* ad accusativum *οἶνον* referendum esse. Nec vero ulla necessitudo intercedit inter hanc allegoriae rationem et eam, quae dehinc enuntiato *ἐπεὶ — δέοντος* continetur. Itaque id restat refugium, ut ante *ἐπεί* excidisse statuamus *ἤ*, cui coniecturae id favet, quod non raro in libello legitur *ἢ ἐπεί* sive *ἢ ἐπειδή*: cf. p. 6, 5. 32, 12. 51, 8. 53, 4. — 44, 23, 24. 71, 14.[2])

---

[1]) Haec fere valent verba *πεπαίνεσθαι καὶ τελειοῦσθαι*, quae seiungi nequeunt; neque ut Schmitt-Blank voluit, verbum *πεπαίνεσθαι* eadem vi accipiendum est atque vox *πέπανσις τῆς ὀπώρας* v. 15. Fluctuat enim notio: quin p. 73, 18 participio *πεπανθέντα* fetus significantur.

[2]) Falso ab editore *ἤ* ante *ἐπεὶ* p. 51, 21 insertum est.

p. 62, 5—7 *πέφυκε δὲ καὶ σφάλλειν τὰ δένδρα, ἀνέρπων δι' αὐτῶν καὶ περιπλεκόμενος βιαιότερον τοῖς πρέμνοις.* Cornuti ipsius manum agnosco in usu verbi *πεφυκέναι.* Id autem auctor hoc enuntiato spectare videtur, ut quam similis sit hedera viti, pluribus exponat: nam ut pampini arbores et in primis ulmos quoquovorsum serpentes cingunt, ita hedera arborum ramos circumplicat.

p. 63, 1—2 *καὶ ἀπεριγένητος οὖσα,* p. 63, 14—18 *στρατηγὸν γὰρ αὐτὸν ἀγαθὸν γενόμενον καὶ πολλὰ μέρη τῆς γῆς μετὰ δυνάμεως ἐπελθόντα οὐχ οἷόν τε γυμνὸν ἔδοξε περιεληλυθέναι, ξύλῳ μόνον ὡπλισμένον, ἀλλὰ τοῖς ἐπισήμοις τοῦ θεοῦ μετὰ τὸν ἀπαθανατισμὸν ὑπὲρ τῶν εὐεργετουμένων κεκοσμῆσθαι,* p. 64, 2—3 *στρατηλάτην δ' οὐκ εὔλογον τοιούτοις ὅπλοις πεποιθότα εἰς τὰς παρατάξεις ἀπαντᾶν.* Uncos in capite, quo de Hercule agitur, ab editore adhibitos tollendos esse, quod, si quid deesset, tota ratiocinatio Cornuti manca esset neque intellegeretur, U. de Wilamowitz l. l. docuit. Virum summum recte disputasse nunc alia e parte puto comprobari. Nam in iis, quae p. 64, 2 leguntur, voces Cornutianae insunt hae: *εὔλογον* (codicum lectio retinenda est), quod p. 2, 16. 39, 16 recurrit (cf. *εὐλογώτερον* p. 18, 11), *παρατάξεις* cf. supra p. 10. Capitis initium autem U. de Wilamowitz et Ioannes ab Arnim (Vet. Stoic. fr. I 514) diversas vias ingressi restituere conati sunt. U. de Wilamowitz enim scribit *κραταιά ἐστιν, ἀπεριγένητος ὢν καὶ μεταδοτικὸς ἰσχύος τοῖς κατὰ μέρος;* Ioannes ab Arnim codd. *b c* lectionem recepit. Praebent codd. gen. *a*: *κραταιά ἐστιν καὶ ἀπεριγένητος οὖσα μεταδοτικὸς ἰσχύος καὶ* ... *b c*: *κραταιά ἐστιν ἀνίκητος καὶ ἀπεριγένητος οὖσα.* U. de Wilamowitz *ἀνίκητος καὶ ἀπεριγένητος* (*οὖσα*) falso ad vocem *φύσις*, quae praecedit, referri adiecto participio *οὖσα* perspexit, quare *οὖσα* mutavit in *ὤν.* Malim id omnino deleri, nam adiectiva *ἀνίκητος ἀπεριγένητος μεταδοτικός* cum participio *ὑπάρχων* iungi possunt (cf. p. 21, 7). Recte U. de Wilamowitz *καί* v. 2 ante *μεταδοτικός* transposuit. *ἀνίκητος* autem, quod extrusit, etiamsi in codicibus *a* non legitur, retinuerim: nam eo, quod in codicibus *a* post *ἐστιν* exstat *καί,* indicari videtur aliquid excidisse; scribendum igitur puto esse: *καθ' ὃν ἡ φύσις ἰσχυρὰ καὶ κραταιά ἐστιν, ἀνίκητος καὶ*

ἀπεριγένητος καὶ μεταδοτικὸς ἰσχύος τοῖς κατὰ μέρος καὶ ἀλκῆς ὑπάρχων.

p. 66, 19—67, 2 ἐπιθέτοις ἄλλοις εἰς αὐτὸν χρῶνται, χρυσοκόμαν καὶ ἀκειρεκόμαν προσαγορεύοντες, ἐπειδὴ χρυσωπός ἐστι καὶ ἔξω πένθους καθεστὼς διὰ τὴν ἁγνότητα. Arridet mihi Schmitt-Blankii coniectura, qui καὶ ἐπιθέτοις pro codicum ἐπὶ τὸ τοῖς scribi iussit, cum, etiamsi substantivum ἐπίτεθον in Cornuti libello alibi non legitur, p. 74, 14 occurrat ἐπιθετικῶς. Ceterum Cornutus ut hic de Apolline disputans utitur voce ἁγνότης, ita p. 73, 20 Dianam appellat ἁγνήν et addit ὁμοίως τῷ ἡλίῳ. Vel ideo hic locus interpolatori cuidam non tribuendus est. Neque ulla offendendi causa adest. Etenim μέν, quod p. 66, 18 legitur, particula δέ, quae p. 67, 2 exstat, excipitur, in priore autem membro cognomina ad dei quietum et serenum animum referuntur, in altero ad ea, quae deus efficit (— δυνάμεις τοῦ θεοῦ —).

p. 67, 15—16 ἢ ἀπὸ τῆς λοξότητος τῆς πορείας, ἣν ποιεῖται διὰ τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου. In elocutionibus vere Cornutianis numeratur τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, cf. p. 33, 20; similiter legitur τὴν κίνησιν ποιεῖσθαι p. 34, 1, 2. 48, 8, 9. Neque e sententiae constructione oritur scrupulus. Nam saepenumero si eiusdem rei explicandae complures proferuntur rationes, verborum conformationes variantur, neque vero id, quod praedicatum, quod dicunt, medium interponitur, a Cornuti usu dicendi abhorret. Quod hoc loco ideo factum esse apparet, quod genetivus absolutus λοξῶν—τῶν χρησμῶν praemissus est, quo ab antecedenti sententia optimus paratur transitus.

p. 72, 5—7 προσγειότατόν τε τῶν οὐρανίων οὖσαν αὐτὴν περὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν ἔφασαν ἀναστρέφεσθαι. E dicendi usu argumentum, quo haec verba spuria esse probetur, non redundat, potius Cornutianae consuetudinis est usus verbi ἔφασαν, qui hic occurrit; verbum ἀναστρέφεσθαι p. 16, 6. 40, 5 legitur. Sed sententiarum conexum contemplantibus hoc enuntiatum, quippe quo ratio cognominis aliter exponatur atque p. 71, 14 exposita erat, ineptum et supervacaneum videatur esse. Ideo iuvat ordinem sententiarum accuratius persequi: duae omnium cognominum, quae p. 71, 11 congeruntur, explicandorum adhibentur rationes, altera interpretatio exstat p. 71, 13, altera p. 71, 14—72, 7. Posterior

fusior et obscurior est: nam iis, quae p. 71, 14—17 leguntur, satis mira ratione auctor cognominis *ὀρεσίφοιτος* vim interpretatur; addit cognomen *κυνηγέτις* ad illud quasi extrinsecus adsumptum et adfictum esse, ad quod nonnulla, quae cum eo convenire videantur, subiunguntur, in his ea, quae p. 72, 2 explicantur, prorsus e Dianae lunari natura derivata sunt. Eadem ratio insequentibus subest, quae auctor his adnexuit, non memor eandem rem supra aliter se exposuisse.[1])

p. 74, 23 *καὶ ἡ Ἀχερουσία λίμνη*. Fortasse post *λίμνη* supplendum est *ταὐτόν*: cf. Apollodori fr. 10 ... *Ἀχέρων δὲ καὶ Ἀχερουσία λίμνη ταὐτόν*.

p. 75, 2—3 *διὰ τοῦτο καὶ δαίμονας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κεκαῦσθαι καλούντων*. Haec verba Schmitt-Blank deleri iussit, quod pugnent cum veriloquio nominis *Ἀγαθὸς Δαίμων*, quod p. 51, 13 invenitur. Sed huic quid commune sit cum umbris mortuorum, quae *δαίμονες* nominantur, nescio; non igitur hic locus propter etymologiarum discrepantiam in dubitationem vocandus est.

p. 75, 12—14 *ἐντεῦθεν ὑπονοητέον καὶ τοὺς ἀλίβαντας μεμυθεῦσθαι· ἐν Ἅιδου εἰσὶ διὰ τὴν τῆς λιβάδος ἀμεθεξίαν τῶν νεκρῶν*. Cornuti manus indicia sunt *ἐντεῦθεν*, quod passim occurrit, et *ὑπονοητέον*, cf. p. 32, 1. Sed scribendum videtur esse *εἶναι*, quod in *M* traditur, pro *εἰσι*; nam alias verbum *μυθεύεσθαι* cum infinitivo iungitur. Inelegans autem tota ratiocinatio videtur esse, utpote qua vocis *ἀλίβαντες* vis e siccitate *τῶν νεκρῶν*, qui illis iidem sunt, derivetur; quare videndum est, ne *τῶν νεκρῶν* subditiva sint. Scholiasta Platonis (ad rem publ. III p. 397 c p. 400 Bekk.) hunc Cornuti locum manifesto respiciens *ἀλίβαντες* interpretatur *τόπους ἐν Ἅιδου*, num recte, valde dubito. Pergit autem: *ἢ καὶ τοὺς νεκροὺς νοητέον, διὰ τὴν τῆς λιβάδος ἀμεθεξίαν*. His verbis praepedimur, quominus recipiamus,[2]) quod codd. *b* praebent, *τὸν ἀλίβαντα*.[3])

---

[1]) Hinc oritur suspicio auctorem libelli ipsum quaedam commentum esse et ad fontem addidisse: ei tribuerim p. 71, 14—19.

[2]) Eadem de causa codicum *b′* $N_2$ lectionem mutilam esse constat.

[3]) *Ἄλιβας* testibus Et. M. s. v. *κωκυτός* et Hesychio s. v. *ἄλιβας* flumen apud inferos credebatur esse.

p. 46, 6—9 *ἀκύρους δὲ καὶ οὐκ ἐμποινίμους τοὺς ἀφροδισίους ὅρκους ἔφασαν εἶναι, παρ' ὅσον κἂν ᾖ ῥαδία παρασχεθῆναι μεθ' ὅρκων ἐπάγεσθαι συμβέβηκε τοὺς πειρῶντας ἃς ἂν πειρῶσι.* Hunc locum seposui, de quo quid statuendum sit, pro explorato pronuntiare non ausim. Neque enim quonam modo haec verba intellegenda sint, enucleari potest, quod neque Langii coniectura, qui *ἅς* scribit pro *οἷς*, extra omnem dubitationem posita est neque constat, utrum verbis *ῥαδία παρασχεθῆναι* Venus ipsa significetur an illa, quam pelliciunt. Verum tamen, id quod iam ad p. 72, 5 adnotavi, usus verbi *ἔφασαν* Cornuti stilo bene respondet.

Musarum etymologias omnes, quae p. 15, 19—17, 10 exstant, Langius falso in suspicionem vocavit. Non paucae hoc in commate insunt Cornuti sermonis notae verissimae, velut *ἀγωγούς* p. 16, 3 cf. p. 45, 15, *ἀναστρεφομένους* p. 16, 6 cf. p. 72, 7 (vide supra p. 18), *ἑνὸς στοιχείου πλεονάζοντος* cf. p. 43, 9 (hoc de loco vide supra p. 11), *πότερον ἢ* p. 16, 16, 17 cf. p. 43, 2, 4. 61, 12, 14 (cf. Langii praef. p. VIII adn.), *ἐπίσκοπος* p. 16, 18: inspicias quaeso editoris indicem. Gravissimi vero momenti id est, quod p. 17, 5 ea repetuntur, quae p. 2, 4 dicta sunt.

Neque tamen desunt, quae subditiva esse ipsorum ex indole appareat, quippe quae sententiarum decursum foedissime interrumpant et Cornutiani usus dicendi proprietatibus careant. Haec quoque congerere e re puto esse:

p. 4, 14 *φυσικῶν.*
p. 7, 1 *μὲν οὖν.*
p. 22, 17 *διὰ τοῦ τρόπου.*
p. 23, 20 *τυχόν.*
p. 25, 2 *πρῶτος.*
p. 34, 1 *πρὸς στροφήν.*
p. 37, 8—9 '*οὐ χρὴ*' *δὲ* '*παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.*'
p. 37, 19 *ὡς ληῗτις ἐκλήθη ἀπὸ τῆς λείας,* quibus de verbis ambigi potest.
p. 41, 4 *γίνεται οὖν.*
p. 47, 18 *καὶ τὸ πολλοῖς τοιούτοις ὀπαδοῖς κεχορηγῆσθαι τὴν Ἀφροδίτην.*
p. 48, 3 *καὶ αὐτῶν ἐκείνων, πόθεν ἔρχονται καὶ ποῦ ἦσαν.*

p. 48, 17 αὐτοῦ.
p. 57, 18 καὶ διὰ ταῦτα σπονδὰς ποιοῦνται.
p. 61, 6—7 ἅμα δὲ καὶ ἐλαφροὺς καὶ εὐβαστάκτους αὐτοὺς εἶναι.
p. 61, 8—9 μέν. ὡσανεὶ ἄρθρα ἔχον.
p. 65, 5 ἥλιος. διὰ τοῦτο.
p. 65, 21 ἢ ἀπολλύντα.
p. 67, 19 αὐτῶν.
p. 69, 7 λοιμικῶς.
p. 72, 20 καὶ μιαίνειν.[1])
p. 74, 21 ἢ ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι.

Statuendum igitur est libellum Cornutianum, etsi non desunt interpolationis vestigia, multo minus quam editori recentissimo videbatur esse, alienis additamentis foedatum esse.

Alia igitur via ingredienda est, cum quaeritur, utrum libellus, qui servatus est, genuinum auctoris opus an epitome ducendus sit.

Ac primum quidem iuvat novam sententiam nuperrime de Cornutiani libelli indole prolatam examinare. Carolus Reinhardt enim in dissertatione, cui titulus est de Graecorum theologia capita duo (Berol. 1910), eum non unius operis Cornuti epitomen esse censet sed „genuinum opus aliquando retractatum esse ac cum alius libelli partibus, in quibus continua narratione explicata esset theogonia, esse commixtum“ sagaciter probare studuit (l. l. p. 27). Inculcata esse putat totum caput 17, cuius priore parte versus Homerici A 399 sqq. et O 18 sqq., altera parte Theogonia Hesiodea explicantur, quibus cum interpretationibus coniungit, quae p. 6, 20—8, 17 enarrantur, atque etiam capita 3—5 huc rettulit. Quae coniectura, quamvis speciosa sit, tamen non omnibus e partibus satis firma est: etenim audacius videtur esse omnia, quae Reinhardt ex uno libro hausta esse contendit, indidem repetere. Quid enim narrationi theogoniae commune est cum Iunonis a Iove aureis catenis de caelo suspensae deorumque Iovi interitum minantium explicationibus physicis, quibus Homerum tamquam philosophum elementa in mundo bene collocata eorumque harmoniam non perturbandam esse indicasse demonstratur? Interpretationes versuum Homericorum similes sunt Heracliti personati

[1]) Cf. Reinhardt l. l. p. 116 adn. 2.

(p. 59 et 38), neque dubium esse potest, quin si non e compendio, quod Heraclitus et Vitae Homeri quae fertur auctor in usum suum converterunt, desumptae sunt, at certe e vasto mari Homericae philosophiae interpretationum haustae sint.[1]) Neque enim ex eo, quod cum Heracliteis aliqua e parte consentiunt, etiamsi alias Cornuti et Heracliti congruentia Apollodori in vestigia ducimur, eas illi tribuendas esse colligi posse in aperto est. Nam cetera, quae Cornuto et Heraclito communia sunt, apud Pseudoplutarchum non leguntur, et omnino ab hoc libro abhorrent; invicem maior pars interpretationum, quae apud Heraclitum et Pseudoplutarchum inveniuntur, in Cornuti libello non occurrit, sed earum ratio non alia est atque interpretationum, quae Cornuto Heraclito Pseudoplutarcho communes sunt, quae si Apollodoro tribuendae essent, sequeretur illas quoque, quae apud Cornutum desiderantur, illius ex opere manavisse, id quod cogitari nequit.

Sed restat ut videamus de commentario Theogoniae Hesiodeae, de capitibus 3—5, de capite 8. Dubium non est, quin ea, quibus p. 6, 20—8, 9 Saturni fabulae explicantur, ab illo commentario avulsa sint. Luce enim clarius est, Saturni cognominis *ἀγκυλομήτης* interpretationem fabularum enarrationi non bene agglutinatam olim cohaesisse cum iis, quae p. 31, 10 de eius cognomine *ὁπλότατος* disseruntur. Haec enim cognomina in uno eodemque Theogoniae versu 137 coniuncta occurrunt. Sed quis putaverit interpolatorem, si modo, ut paucis perstringeret, quae priores auctores de diversis theogoniis a poetis prolatis censuissent, continuam theo-

[1]) De versuum *O* 18 sqq. interpretationibus adeas scriptores in nova Heracliti editione, quam societatis philologae Bonnensis sodales curaverunt, citatos. De versibus *A* 399 sqq. conferas, quae similia protulerunt Porphyrius et Eustathius (Münzel, M. Rh. N. F. 40. (1885) p. 633 sqq.). Porphyrius dis Iovi infensis elementa hoc modo adsignat, ut Iuno intellegatur *ἀήρ* Neptunus *ὕδωρ* Minerva *γῆ* Briareus *ἥλιος*. Eadem ratio subest interpretationi ab Eustathio primae prolatae, secunda cum Cornuto in universum consentit, nisi quod Briareus, de quo Cornutus sua ipsius inventa proferre videtur (cf. infra), aliter explicatur (*ἑκατόγχειρον Βριάρεων τὴν τῆς τοιαύτης διακοσμήσεως βριαρὰν ἀνάγκην καὶ ἰσχύν*); tertia interpretatio Zenodoti lectione substructa est. Heraclitus p. 38—39 duas rationes conflavit. Nam Minerva ab eo intellegitur *γῆ*, Briareus non ut ab Eustathio et Porphyrio sol, sed similiter atque in Eustathii secunda interpretatione *ἡ βριαρὰ καὶ πολύχειρ δύναμις*. p. 38, 17—19 cum Cornuto congruunt.

goniae enarrationem adisset et exscripsisset, excerpta mirum in modum, ut, quid sibi vellent, vix intellegi posset, turbaturum et alium in librum retractatum immixturum fuisse?[1]) Et sunt hae partes inter se turbatae: nam iis, quae p. 6, 20—8, 9 leguntur, non Theogoniae Hesiodeae principium, sed Saturni fabulae apud Hesiodum obviae explicantur, deinde insequitur Oceani et Tethyos interpretatio physica, in qua sine dubio Homeri versus Ξ 201 respicitur. Huc accedit, quod ille commentarius, quem Cornutus exscripsit, olim amplior fuisse videtur, quocum non video quo pacto aliarum theogoniarum explicationes et eae illo multo breviores ita coniunctae esse potuerint, ut perpetua narratio prodiret. Sed coniectura Reinhardti in primis eo fulcitur, quod interpretationibus Oceani et Tethyos, quae in illo commentario leguntur, eadem fere ratio subesse videtur atque capiti 8. Huic argumento fortasse non nimium auctoritatis tribuendum est: neque enim omni e parte explicationes congruunt, differunt Oceani veriloquia; Tethyos vero vis similiter atque in Cornuti libello explanatur in Procli scholiis ad Platonis Cratylum: perlegas quaeso haec (ad Crat. p. 402 b c, CXLIV p. 81 Pasqu.): *Ὅτι ὁ Ὠκεανὸς ἅπασι τῆς ὀξείας καὶ ἀκμαιοτάτης ἐνεργείας αἴτιός ἐστι τοῖς θεοῖς καὶ τῶν διακρίσεων τῶν τε πρώτων καὶ μέσων καὶ τελευταίων διακόσμων ἀφοριστικός, τῇ μὲν ὠκύτητι τοῦ νοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπεστραμμένος καὶ τὰς οἰκείας ἀρχάς, πάντα δ᾽ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ κινῶν εἰς τὰς οἰκείας αὐτοῖς ἐνεργείας καὶ τελειῶν τὰς δυνάμεις αὐτῶν καὶ ἀνεκλείπτους ἀπεργαζόμενος. ἡ δὲ Τηθὺς τὴν μονὴν ἐντίθησι τοῖς ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ κινουμένοις κ. τ. λ.* Nimirum hae interpretationes nugis recentiorum Platonicorum e mente dictis obrutae sunt, neque unde fluxerint, pro certo exploratoque pronuntiari licet. Verum tamen id haud levis videtur momenti esse, quod his in scholiis illarum Homericae philosophiae explicationum vestigia occurrere videntur: contempleris quaeso haec (ad Plat. Crat. p. 404 c, CLXX p. 93 Pasqu.): *σύμβολον γάρ ἐστιν ὁ ἀὴρ ψυχῆς, καθ᾽ ὃ καὶ πνεῦμα λέγεται ἡ ψυχή, ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ εἰκών ἐστιν νοῦ, τὸ δὲ ὕδωρ τῆς κοσμοτρόφου φύσεως, δι᾽ οὗ πᾶσα γίνεται*

---

[1]) Cf. etiam Gruppium in Reinhardti libri censura B. ph. W. 1911 Nr. 15/16 p. 473.

*τροφὴ καὶ αὔξησις, ἡ δὲ γῆ σώματος διὰ τὸ παχὺ καὶ ἔνυλον. διὸ αἰνιττόμενος τοῦτο Ὅμηρος* (*O* 18 sq.) *ποιεῖ τὴν Ἥραν κρεμαμένην, ὑπὸ δὲ τοῖς ποσὶν αὐτῆς ἄκμονας δύο· ὁ γὰρ ἀὴρ κάτωθεν ἑαυτοῦ τὰ δύο βαρύτατα στοιχεῖα κεκλήρωται, ἀλλὰ καὶ τὸ*

*ἠέρα δ' Ἥρη*
*πίτνα πρόσθε βαθεῖαν* (*Φ* 6 sq.; cf. Vita Homeri c. 96)

*τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐστὶν καὶ τὸ*

*ἠέλιον ἀκάμαντα . . . πότνια Ἥρη*
*πέμψεν ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάς* (*Σ* 239 sq.).

*τὴν γὰρ παχυτάτην διὰ τῆς Ἥρας γενομένην ὁμίχλην τοῦ ἡλίου δύσιν καλεῖ* (cum insequentibus, quibus explicatur Plat. Crat. 404 c, conferas Diogen. fr. 33 Arn., Athenag. c. XXII p. 139, 17 Geffcken et p. 209 adn. 1). Consentire vero cum interpretationum, quae apud Cornutum c. 8 proferuntur, ratione allegoriam versuum *A* 399 sqq. p. 27 apparet collatis his: p. 8, 16 *οὐδὲν δ' ἂν ἦν, εἰ θάτερον ἄμικτον ἐπεκράτει*, p. 27, 9 *ὅπερ ἐγένετο, εἰ τὸ ὑγρὸν ἐπεκράτησε καὶ ἐξυδατώθη πάντα ἢ τὸ πῦρ καὶ ἐξεπυρώθη ὁ ἀήρ.* Neque scio an Oceani et Tethyos interpretationes, quae cap. 8 leguntur, etiamsi discrepant ab iis, quae in fonte Heraclito et Vitae Homeri auctori communi (cf. Heracl. p. 33) et apud eos scriptores, qui similes adierunt fontes (cf. adnot. ad Heracl. p. 33), leguntur, tamen illi Homericarum interpretationum libro vindicandae sint, cui supra, quae Cornutus p. 26 sq. profert, adsignavi. Sed hac de re utut iudicas, certe in dubium venire videtur, num Reinhardt recte statuerit commentarii Hesiodeae Theogoniae fragmentum, quod apud Cornutum servatum est, eiusdem libelli eadem e parte desumptum esse atque interpretationes capitis 8.

Reliquum est, ut inquiramus in capita 3—5, quae Reinhardt ad eandem theogoniae explicationem pertinere contendit. Hanc theogoniae partem ita restitui vult, ut post capitis 9 initium, quo Iuppiter deorum hominumque pater inducitur, sequantur ea, quae c. 3 narrantur de Iunone, c. 4 de Neptuno, c. 5 de Dite patre. Sed haec: *ὁ Ζεὺς πατὴρ λέγεται θεῶν καὶ ἀνθρώπων εἶναι διὰ τὸ τὴν τοῦ κόσμου φύσιν αἰτίαν γεγονέναι τῆς τούτων ὑποστάσεως, ὡς οἱ πατέρες γεννῶσι τὰ τέκνα* non possunt excepta fuisse explicationibus, quae nunc capitibus 3—5 con-

tinentur non eorum, qui a Iove generati sunt, sed Iovis sororis et fratrum, qui mundi elementa intelleguntur. Aptior est, qui nunc efficitur, disputationis decursus, quo post capita 9—12, quibus de Iove agitur, capitibus 13—14 deae quaedam minores ab eo oriundae perstringuntur. *ἄλλως* vero, quod capitis 9 in initio exstat, aliter interpretari necesse est ac Reinhardt interpretatur, qui Oceano, qui apud Homerum audiat *θεῶν γένεσις*, Iovem, qui inducatur *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,* opponi contendit. In capitis 7 extremo Iovis vis definita erat hoc modo (p. 8, 3): *ἡ δὲ κόσμου φύσις ἐπισχύσασα, ἣν δὴ Δία ἐλέγομεν καλεῖσθαι,* quae notio iisdem fere verbis in capitis 9 initio repetitur, sed ita, ut hac alias Iovis vires quasi comprehendi sive ex ea derivari exponatur: hinc puto explicandum esse, quid *ἄλλως* sibi velit. An verisimile est interpolatorem, quem Reinhardt ponit, particulam *ἄλλως,* si modo hac theogoniae partes inter se opponebantur, hoc narrationis ordine mutato nihilo minus eodem loco retinuisse? Cum verbis *μετὰ ταῦτα* conferendum est capitis 22, quo de Neptuno agitur, initium (p. 41, 18): *μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τοῦ Ποσειδῶνος, ὦ παῖ, λεκτέον.* His igitur verbis apparet ad aliam rem tractandam transiri.

Cum allegoria deorum a Rhea et Saturno generatorum non perfecta sit, nisi Iovis vis similiter atque ceterorum exponitur, sequitur cohaerere capita 2—5 et iam in fonte cohaesisse. Ut e nominum deorum veriloquiis, quae in capitibus 3—5 occurrunt, quaedam e singulis horum deorum explicationibus desumpta sunt, id quod Reinhardt recte perspexit, ita e nominis Iovis interpretationibus nescio quae[1]) ea cum disputatione coniungendae sunt, qua de Iove particulariter agitur; in hac ideo non respiciuntur, quod Cornutus, ut insequentia cum antecedentibus vinculo quodam copulet, ad Iovis notionem p. 8, 3 explicatam recurrit. Similem in modum atque apud Cornutum dei a Rhea et Saturno generati ad elementa mundi referuntur in compendio, e quo Heraclitus et Vitae Homeri auctor, quae communia habent, hauserunt,[2]) et recte in nova Heracliti editione p. 62 ad inter-

[1]) Certe formae *Δεύς* veriloquium.

[2]) Cf. Porphyr. p. 204 Schr. *φυσικὴ δὲ γίνεται διάταξις· ὁ μὲν γὰρ* [*τὴν πυρὸς οὐσίαν λαχὼν* (cf. Proll. p. 404 adn. 2)] *τὸ ζῆν παρασχόμενος Ζεὺς ὠνόμασται, ὁ δὲ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἀπὸ τῆς*

pretationem vv. 190—193 similitudo Cornuti p. 3, 18 sqq. adnotata est: rectius autem editores legentes delegassent ad Corn. p. 3, 13. Nam optime respondent Heraclitea haec: *καὶ τῇ μὲν πυρώδει φύσει τόπον ἔνειμεν οὐρανόν* Cornutianis, quae p. 3, 13 exstant, his: *οἰκεῖν δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ λέγεται, ἐπεὶ ἐκεῖ ἐστι τὸ κυριώτατον μέρος τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς· καὶ γὰρ αἱ ἡμέτεραι ψυχαὶ πῦρ εἰσιν.* Sequitur Reinhardtium haec falso cum Iovis cognominum interpretationis initio coniunxisse; videtur probabilius esse olim cohaesisse p. 3, 8—13 *Δία—Διός* et p. 9, 4 *νεφεληγερέτην κ. τ. λ.*

Cornutum hic quoque illo ex Homericarum interpretationum opere pendere hac cognatione interpretationum apud eum et Heraclitum obviarum non pro certo probatur; neque enim apud eum quicquam legitur de terra, quae apud Heraclitum elementum intellegitur omnibus dis commune, neque in versibus Homericis ipsis aut apud Heraclitum Iunonis vis tangitur; quamquam non negem Cornutum eam ex aliis talis compendii locis facile arripere potuisse: similis enim est interpretatio physica Jovis cum Iunone in Ida concumbentis: cf. Heracl. p. 57. Vita Hom. c. 96.[1]) In incerto igitur relinquo, unde Cornutus has allegorias hauserit; fortasse illo compendio Stoico adscribendae sunt, de quo infra verba faciam. Id vero valde veri dissimile est eas ex eodem opere depromptas esse atque illum commentarium Theogoniae Hesiodeae.

Sed obiciat quispiam miram illam Saturni nominis interpretationem, quae alibi non legitur, occurrere et in commentario Theogoniae Hesiodeae et in allegoriis capitum 3—5. Concedo hanc rem habere aliquid difficultatis; verum tamen fortasse ex eo expediri potest, quod Cornutum ipsum illam Saturni interpretationem e capitum 2—5 fonte in commentarium Hesiodeum

---

*πόσεως Ποσειδῶν, Ἅιδης δὲ ὁ ἀὴρ παρὰ τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀειδές.* Eust. p. 1011, 58 *Ζεὺς μέν ἐστιν ὁ διοικῶν τὰ πάντα λόγος, ἢ τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου παρὰ τὸ ζῆν. τοῦ ζῆν γὰρ αὐτὸς αἴτιος ... Ποσειδῶν δὲ τὸ συνέχον αἴτιον τὴν θάλλασσαν, ἐπεὶ πόσεως αἴτιος... Ἀϊδωνεὺς δὲ καὶ Ἀΐδης ὁ ὑπὸ γῆν λέγεται ἀὴρ παρὰ τὸ ἄω τὸ πνέω, καὶ αὐτὸς ὁ ἁπλῶς ἀήρ.* Haec ex aliis rivulis eiusdem lati fluminis manaverunt.

[1]) Cf. etiam schol. *B. *O* 21. Reinhardt p. 78.

transtulisse statuimus. Cui coniecturae non desunt, quae faveant. Nam p. 4, 5 Cornutus illam interpretationem, quippe qua Saturni notio melius ad Stoicorum physicam doctrinam accomodetur, ceteris, quae antecedunt, praeferendam esse disertis verbis profitetur: *ἤ, ὅπερ πιθανώτατον, διὰ τὸ κ. τ. λ.*[1]) Hanc igitur in insequentibus explicationibus solam respicit; quod fieri iis, quae p. 5, 1 exstant *ἀρξαμένης* (Schmitt-Bl.: *ἀρξάμενος* codd.) *ῥεῖν καὶ κραίνειν κ. τ. λ.* satis clare apparet, sed etiam p. 4, 9 *καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς εἰρημένης μεταβολῆς γίνεται* ad hanc interpretationem, utpote quae proxima antecedat, referenda sunt. Aliter autem res se habet in commentario Hesiodeo: nam hic duae aeque respiciuntur Saturni notionis explicationes ita, ut utrique eadem tribuatur auctoritas. Innuitur enim illa Saturni notio, quae p. 4, 4 definita erat, p. 7, 2 (cf. p. 4, 6 *ἡνίκ' ἂν ἐκ πυρὸς κινῆται ἡ φύσις ἐπὶ τὸ κραίνειν καὶ ἐπιτελεῖν τὰ ὄντα* cum his p. 7, 2: *ἐπειδὴ ὅσα ἂν γίνηται κατὰ τὸν εἰρημένον τῆς κινήσεως λόγον*), sed statim additur *καὶ ὁ χρόνος δὲ τοιοῦτόν τί ἐστι· δαπανᾶται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὰ γινόμενα ἐν αὐτῷ.* Dignum vero est, quod animadvertatur verbum *ἀφανίζεσθαι,* quo Cornutus utitur in priore interpretatione, ex altera desumptum esse: cf. schol. Hes. Theog. v. 494 *τὰ γὰρ ὑπὸ τοῦ χρόνου γινόμενα ὑπὸ τοῦ χρόνου πάλιν ἀφανίζεται,* schol. Hes. Theog. v. 178 *ὅτι ὁ χρόνος τῶν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἐκ γῆς ἀναδιδομένων σπερμάτων τὰς γονιμότητας ἀφανίζει.* Commiscentur autem duae interpretandi rationes p. 7, 21. Etenim verba *ἡ τῆς τῶν ὅλων γενέσεως τάξις* pertinent ad p. 4, 2 haec: *διὰ τὸ ἐν τεταγμένοις χρόνου μέτροις γενέσθαι ταῦτα,* insequentibus autem *ἣν ἔφαμεν ἀπὸ τοῦ κραίνειν Κρόνον εἰρῆσθαι* illud veriloquium p. 4, 5 derivatum repetitur. Quod in eam rationem, qua Saturnum Caeli nimiam procreandi vim resecuisse explanatur, non quadrat. Similiter altera ratio cum altera iungitur p. 31, 8 sqq.: nam haec *ὁ προειρημένος πάντων τῶν ἀποτελεσμάτων λόγος* revocanda sunt ad p. 4, 7 *ἐπὶ τὸ κραίνειν καὶ ἀποτελεῖν τὰ πάντα*; in insequentibus autem, quibus

---

[1]) Cum Saturni explicatione p. 4 media exhibita cf. Chrysippi fr. 1090 Arn. (schol. Hes. Theog. v. 459). Zeller, Philos. d. Griechen III 1, p. 152 adn. 4.

cognomen ὁπλότατος explicatur, altera latere videtur ratio: nam tempus manet tamquam semper denuo recreatum. Eandem rationem iis subesse suspicor, quae cum hac interpretatione cohaerent p. 8, 7; nam verbis paulo impeditioribus τοσούτους ἀριθμοὺς ἐξελίττων videtur Κρόνος designari immensa temporis spatia volvens. Ideo puto probabile esse illud veriloquium, quo Κρόνος a verbo κραίνειν derivatur, in Theogoniae Hesiodeae commentario non infuisse. Neque constat, utrum auctor id e fonte capitum 2—5 hauserit an ipse commentus sit. Sunt enim quae suadeant, ut id ipsi adscribamus. Taceo id solum apud eum inveniri. Manifesta est discrepantia quaedam eorum, quae p. 3, 18 et eorum, quae p. 4, 5 exponuntur. Quodsi enim Rhea ῥύσις, Saturnus χρόνος intellegitur, apertum est illum mundi statum significari, quo elementis nondum discretis una moles umida effecta est, e qua partes quaedam separantur, quae distractae et tenuiores factae in ignis naturam relabuntur;[1]) contra quae p. 4, 6 leguntur, ad ignem principalem pertinent, quo moto commutandi et procreandi initium fit. Eodem autem modo duo afferuntur χάους interpretamenta p. 28, 7 sqq.: Zenonis enim e mente χάος umidum esse explicatur πρὸ τῆς διακοσμήσεως γενόμενον,[2]) deinde exponitur χάος esse πῦρ et additur etymologia, cuius alius testis non exstitit. Quae interpretatio videtur ab auctore libelli ipso excogitata esse.[3]) Inde nescio an concludi possit etiam illam Saturni explanationem ab auctore libelli ipso ad eas, quas in fonte invenit, additam esse. Sed haec quaestio ad lucidum perduci nequit. Id autem patet libelli partes, quas Reinhardt uno ex libro exscriptas et ab interpolatore quodam in Cornutianum libellum insertas esse censet, diversis e fontibus si non pluribus at certe duobus desumptas esse. Quod adversa fronte illa cum coniectura pugnat.

Aliud autem accedit momentum idque gravissimum. Consentaneum est Cornuti opus genuinum commentarium Theogoniae Hesiodeae interpretationes Homericas, quippe quae diversis e fontibus hausta neque isdem temporibus orta sint, diversa fuisse

---

[1]) Cf. Zeller l. l. Max Heinze, Lehre vom Logos p. 99.
[2]) Zeller l. l. schol. Hes. Theog. v. 116. schol. Ap. Rh. I v. 498.
[3]) Cf. infra.

usu dicendi, vocabulorum copia, sententiarum conformationibus. Haec qui in unum libellum compegit, verine est simile eum adeo exaequaturum fuisse, ut ne vestigium quidem diversarum originum perspicuum esset? Eundem esse usum dicendi per omnes libelli, qui servatus est, partes, quivis eum perlustrabit, facile intelleget. Sed quanta sit aequitas et constantia, perlucidum fit singulis comparatis. Contempleris quaeso haec:

p. 4, 2, 3, 4 *ἤ τοι—ἤ—ἤ* cf. p. 13, 12, 14, 15. 57, 21, 58, 1 (secundum eam, quam supra proposui, emendationem).

p. 4, 10 *ἐκ τῆς εἰρημένης μεταβολῆς*: de usu participii *εἰρημένος* iam supra p. 12 (ad Corn. p. 43, 8—14) dixi, *μεταβολή* recurrit p. 2, 20. 8, 5. 10, 5. 28, 12. 29, 19. 40, 2.

p. 4, 12 *οὕτω κληθεῖσα*. Hunc usum dicendi iam supra adnotavi (eodem loco).

p. 4, 13 *εἴτε λόγος καθ' ὃν ἰδίει ἡ φύσις ἐστίν*. Cf. p. 62, 23 *ὁ ἐν τοῖς ὅλοις λόγος, καθ' ὃν* (hoc de loco videas infra).

p. 7, 2 *πάνυ εἰκότως*. Cf. quae hoc de loco p. 5 dixi.

p. 7, 15 *εἰ μὴ ὡς ἐπὶ θεμελίου ταύτης ἠρείσθη*. Cf. p. 52, 8 *διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς ὡσανεὶ ἐπὶ θεμελίου τὸν ὅλον ἑστάναι κόσμον* (cf. supra p. 12).

p. 8, 4 *ἣν δὴ κ. τ. λ.* Hoc quoque de usu dicendi supra p. 6 (ad Corn. p. 9, 10—11) disputavi.

p. 26, 11 *μαρτύριον*. Cf. p. 57, 1 *ὡς μαρτυρίῳ χρώμενοι*.

p. 27, 7 *κατ' ἰδίαν*. Cf. p. 20, 9 (cf. supra p. 6 ad Corn. p. 20, 5—14).

p. 27, 9 *διακόσμησιν*. Cf. p. 28, 8. 66, 4.

p. 27, 20 *μηδ' εἴ τι προσεπλάσθη*. Cf. p. 54, 14 *προσεπλάσθη δὲ ἡ κατήφεια τῆς θεοῦ*. p. 17, 18 *ἔξωθεν ἤδη τούτῳ προσπεπλασμένον*. Cf. etiam p. 72, 18 *προσανεπλάσθη δὲ τούτῳ*.[1])

p. 28, 2 *πλάσμασι*. Cf. p. 34, 15 *τὸ δὲ τῆς μοιχείας πλάσμα*.

---

[1]) Hoc verbum usitatissimum est apud Palaephatum.

p. 28, 17 Hoc de loco supra egi (p. 8).

p. 29, 10 *οἰκητήριον*. Cf. p. 45, 20 *ἡ δὲ Πάφος ἴδιον αὐτῆς οἰκητήριον*.

p. 29, 18 *ἥ τε γὰρ θάλαττα ὑπέμεινεν ἐν τοῖς κοιλοῖς αὐτῆς μέρεσι κατὰ μεταβολὴν ὑποστᾶσα, τά τε ὄρη περὶ τὸ ἀνώμαλον τῆς συνιζήσεως τὰς ἐξοχὰς ἔλαβε*. p. 56, 10 *ἥ τε ἀνωμαλία τὰς κοιλότητας καὶ τὰς ἐξοχὰς τῶν ὀρῶν*.

p. 31, 5 In primis digna est quae adnotetur congruentia horum: *συνεκδέχεσθαι τούτοις καὶ τὰς τῶν ἐναντίων σχέσεων αἰτίας δέοντος* et p. 69, 1 *καὶ τοιοῦτόν τι ἐκ τοῦ μηροῦ συνεκδέχεσθαι δέοντος*.

Omnia igitur suadent, ut a Reinhardti coniectura recedamus et omnes Cornutiani libelli partes ab uno eodemque profectas esse auctore statuamus.

Libellum Cornutianum vel obiter inspicientem fugere non potest, quo consilio conscriptus sit. Orditur enim auctor a pueri cuiusdam adlocutione atque, ubicumque ad novam disputationis partem transit, talem adlocutionem praemittit: cf. p. 41, 19. 52, 4. 65, 1; praeterea ad puerum se convertit p. 17, 15. 28, 11. 31, 14. 76, 2, 11. Quid! Quod hoc modo libellus discipulum ad instruendum compositus est, movetne id mirationem? Immo haec res non tam nova aut inaudita est. Nam ut praetermittam exempla, quae Osannus protulit praef. p. XXX adn.,[1]) quoniam huc non faciunt, Philodemus, philosophus Epicureus, in libro *περὶ ῥητορικῆς* Gaium quendam puerum adloquitur,[2]) et Attalus, qui altero ante Chr. n. saeculo vixit, Arati editionem criticam et simul commentarium publicavit ad puerum quendam inscripta.[3])

Fieri non potuit, ut epitomator quidam ceteris genuini libri Cornuti partibus decurtatis et foedatis integra relinqueret, quae-

---

[1]) Relegat ad Philostratum, qui in Imaginibus puerum audientem facit et ad Stob. Ecl. phys. p. 926 sq. Heer. (Cf. Reitzenstein, Poimandres p. 134 sqq.)

[2]) Hoc exemplum recte Reppe (De L. Annaeo Cornuto, Dissert. Lips. 1906, p. 11) attulit.

[3]) Ernestus Maass, Comm. in Aratum rell. p. XII.

cumque libelli pueri in usum conscripti ad consilium et rationem pertinent, inprimis neque tangeret epilogum, quem retractatum esse neminem puto esse qui contendat, neque ea verba, quibus Theógoniae Hesiodeae commentario finis imponitur. Itaque non separatim agendum est de epitomatore quem dicunt ét de scholastici libelli auctore, sed hae quaestiones in unam coeunt. Id recte sensit Wendland l. l. Qui non Cornuto ipsi sed epitomatori pueri adlocutionem et libelli indolem scholastici tribuit extremum caput significans. Hoc igitur paulo accuratius inspicere oportet, in primis ea, quae p. 76, 6 leguntur: *διὰ πλειόνων δὲ καὶ ἐξεργαστικώτερον εἴρηται τοῖς πρεσβυτέροις φιλοσόφοις, ἐμοῦ νῦν ἐπιτετμημένως αὐτὰ παραδοῦναί σοι βουληθέντος· χρησίμη γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ ἐπὶ τοσοῦτον προχειρότης ἐστί.* Profitetur qui haec scribit priorum scriptorum ampliora opera in usum suum se vertisse et hoc modo excerpsisse, ut compendium prodiret non amplum, e quo discipulus, quae de Graecorum dis tradita essent, summatim quidem, sed facile et commode disceret. Et res bene se habet: nam qui libellum conscripsit cum auctores, quos sequitur, in disputationis decursu non citet (praeter capitis 31 finem, ubi Cleanthis nomen occurrit), eum in libelli epilogo fontes summatim indicare voluisse dixeris.

Cum epitomatorem ponimus, illis verbis genuinum Cornuti opus innui manifestum est. At enim paulo impeditior res est, si eum qui his utitur verbis, unum unius auctoris opus exscripsisse statuimus, quamquam numerum pluralem *τοῖς πρεσβυτέροις φιλοσόφοις* fortasse non inepte ex eo expedias, quod epitomator illo in opere complures vetustiores auctores citatos se invenisse significare voluerit. Sed alias in difficultates inruimus. Leguntur enim, quibus etymologia vocis *Αἶσα* introducitur, in capite 13 p. 12, 16 haec: *ἤ, ὡς οἱ πρεσβύτεροι,* quae verba quin non aliter accipienda sint atque illa p. 76, 6 obvia, nullus dubito. Sequitur eam interpretationem, quae antecedit, non prioribus auctoribus id est fonti deberi sed aut ab eo, qui libellum conscripsit, aut ab interpolatore de suo additam esse. Huc accedit, quod huius veriloquii aliud testimonium non exstat. Arte autem cum eius ratione cohaerent verba *μὴ ὁρωμένη* vocis *Μοῖρα* interpretationi usitatissimae immixta. Nonne verisimile est eidem, qui haec de suo addidit, omnia vindicanda esse, quae ad fontem

adiecta aut e fonte hausta sed inversa sunt? Atque re vera huiusmodi quaedam in libello Cornutiano inveniri infra apparebit. Neque vero probabile est epitomatorem quendam, cui ampliorem librum in epitomen cogere, quae apta esset discipuli ad usum, in animo erat, addidisse, quae hoc ad consilium non necessaria sunt aut, quae in illo libro, quem exscripsit, invenit ex sua ipsius sententia detorsisse. Sed haec fortasse leviora videntur esse argumenta; sed aliis quoque momentis retineor, quominus Wendlandi coniecturae accedam. Iuvat accuratius ea contemplari, quae p. 31, 12—18 leguntur: *ἀλλὰ τῆς μὲν Ἡσιόδου ⟨γενεαλογίας⟩ τελειοτέρα ποτ᾽ ἂν ἐξήγησίς σοι γένοιτο, τὰ μέν τινα, ὡς οἶμαι, παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων αὐτοῦ παρειληφότος, τὰ δὲ μυθικώτερον ἀφ᾽ αὐτοῦ προσθέντος, ᾧ τρόπῳ καὶ πλεῖστα τῆς παλαιᾶς θεολογίας διεφθάρη.* Haec verba quomodo intellegenda essent, diu virorum doctorum iudicium ambiguum erat; sed postquam a Langio ad optimorum codicum lectionem restituta sunt, quid sibi velint, non dubium est. Quod his fere verbis puto circumscribi posse: haec sufficiant interim de Hesiodi Theogonia; occasione data pluribus eam tibi interpretabor et demonstrabo Hesiodum altera a prioribus recepisse altera et ea fabulosiora ipsum addidisse, ut pleraque antiquae theologiae obscurarentur.[1]) Absurdum puto esse tale promitti a scholae magistro quodam obscuro, qui satis habebat Cornuti librum genuinum excerpere. Potius Cornutum ipsum id decet, virum haud indoctum, cui aditus patebat ad bonos et veteres fontes.

Hic expositis inquirendum est in libelli compositionem et simul videndum, qua ratione singulae partes dispositae sint. Sed priusquam hanc ad disquisitionem accedam, alia quaestio, quae iam profligata videtur esse,[2]) paucis tangenda est. In omnibus codicibus Cornutianus libellus in capita digeritur, quibus in libris generis *b* inscriptiones praeponuntur. Sed haec in capita descriptio

---

[1]) Cf. Fabricius, Bibliotheca Graeca lib. III cap. XV, Catalogus Stoicorum p. 400 (ed. quartae a G. Christophoro Horles curatae vol. II p. 557.)

[2]) Gerardus Iohannes de Martini, De L. Annaeo Cornuto, disputatio inauguralis, Lugd. Bat. 1825. p. 91 sqq. Osanni Epimetrum p. LVII.

interdum minime sensui respondet, velut sententia in capitis 11 extremo inchoata ad insequentis capitis initium traducitur,[1]) neque una eademque servata est omnibus in libris. Unde certissime colligitur libellum non ab auctore ipso aut ab interpolatore, sed a librariis in capita divisum esse.

Exordium ducit libellus ab enarratione eorum, quae theologiae Graecae Stoicorum e mente exponendae quasi fundamento sunt: complures exhibentur vocis *οὐρανός* etymologiae, quibus subiungitur caelum una cum iis, quae amplectitur, *κόσμον* appellari; deinde de caeli aetheris, qui idem ducitur esse, astrorum natura agitur. Cum vocum *αἰθήρ* et *ἄστρα* veriloquiis vocis *θεοί* interpretatio e deorum opinionis origine derivata copulata est.

Insequuntur deorum a Rhea et Saturno generatorum explanationes physicae, quae cum ab anima *κόσμου* incipiant, cum antecedentibus, quibus praecipue de universo agitur, interno vinculo cohaerent. Postquam his in interpretationibus Rheae et Saturni notio perstricta est, de utroque numine singulis disputationibus agitur, quae et cum antecedentibus et inter se copulatae sunt. Nam p. 5, 9 in initio de Rhea disputationis respicitur eius notio, quae p. 3, 18 sqq. exposita erat, et his (p. 6, 16) *ὁποῖον καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ τῆς τοῦ Οὐρανοῦ ἐκτομῆς μεμύθευται* ad insequentia, quibus de fabulis Saturni disseritur, in his de ea, qua Caelum patrem exsecuisse narratur, transitus paratur: haec enim ad verba luce clarius est *γάρ*, quod p. 6, 20 legitur, revocandum esse. Deinde capite 8, quod iungendum videtur esse cum illis explicationibus, quae capitibus 2—5 continentur, secundum aliam rationem Oceanum et Tethyn mundi principia duci exponitur.

Absolutis fabulis cosmogonicis, ut par est, primum de Iove, deorum hominumque patre agitur. Afferuntur magna e copia eius cognominum non pauca, quibus dei vis omnipotens et ad omnem rerum naturam pertinens illustratur; pater Iustitiae Gratiarum Horarum nuncupatur. Subito disputatio ad aliud argumentum deflectit: dei statuarum et insignium rationes physicae exponuntur, dehinc quibus de causis aquilae et oleae ei sacrae

[1]) Alia exempla de Martini et Osannus contulerunt.

sint, explicatur. Atque omnes huius generis libelli partes, quibus deorum sacra pertractantur, hoc modo digestae sunt, ut primum agatur de animalibus, deinde de arbustis.[1]) Apparet interrumpi hac parte inculcata cognominum interpretationem;[2]) neque tamen inde epitomatoris temeritatem aut arbitrium, sed potius auctoris ipsius certum neque illepidum consilium elucere puto. Nam hoc modo tota de Iove disputatio in tres partes dividitur, quarum tertia contrariae eiusdem summi dei vires inter se opponuntur: nam creditur et deus ultor, pater Furiarum, et clemens mitisque, cuius filias Homerus *Λιτάς* narrat esse. Ad has autem explicationes perbene applicantur, quae dehinc de fati, quod Stoicis idem fere est atque Iuppiter, variis nominibus et formis ab hominibus creditis disputantur. Transitur ad Musas et Gratias Iovis filias. Id caput, quo de Musis agitur, habet aliquid difficultatis: oratio ita procedit, ut primum dearum vis et notio e nominis etymologia explanetur, deinde diversae sententiae de earum numero prolatae in allegorias cogantur, tum de earum choro agatur. Sed hoc argumento nondum ad finem perducto verbis *ἄλλως δέ* praemissis novem Musarum nominum veriloquia inseruntur, quae omnia fere ad eorum, qui *πεπαιδευμένοι* sunt, virtutes exiguntur. Verum tamen hae interpretationes vinculo quodam cum antecedentibus cohaerent: nam etiam allegoria Musarum deos venerantium prorsus ita comparata est, ut ad educationis principia tendat. Etymologiis absolutis oratio ad illud argumentum, quod supra inchoatum relictum erat, revertitur. Deinde exponitur, quid velint fabulae de Musarum ortu prolatae; verbis *τούτου δὲ ἕνεκεν* hae explicationes cum antecedentibus conexae sunt. Insequenti capite de Gratiis disseritur. Cuius initio verba illa, quae p. 10, 2 leguntur *καὶ τῶν Χαρίτων — ἐντεῦθέν τε γάρ εἰσιν αἱ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ εὐεργετεῖν ἀρχαί* — manifesto significantur. Statim de deorum ortu agitur. Deinde quod nudae finguntur, quod alii duas alii tres Musas esse perhibent, ad bene faciundi rectam rationem refertur. Similiter ex eo, quod hilaro vultu beneficia dare oportet, quae invicem eos, qui accipiunt, hilaros faciunt, nomen Gratiarum explanatur. Neque huic

---

[1]) Cf. Reinhardt p. 116.
[2]) Cf. Reinhardt p. 120.

allegoriae aliam atque praecedentibus subesse rationem — id quod Schmitt-Blank. l. l. p. 101 contendit — apparet comparatis iis, quae p. 20, 5 et quae p. 19, 16 leguntur. Eae autem, quae insequuntur, explicationes magis ad Gratiarum venustatem et suavitatem quam ad bene faciundi rationem diriguntur. Mercurii Gratiarum praestitis allegoria, qua ad insequens caput, quo de hoc deo agitur, transitur, invicem altera ratione substructa est. Sed haec tam mira inconstantia inde facile expeditur, quod — ut infra aliis argumentis evincetur —, quae duobus e fontibus hausta videntur esse, inter se commixta sunt. Hoc respicientibus ne id quidem mirum est, quod in initio capitis aliter de Gratiarum ortu narratur atque in extremo. Postquam Mercurius Gratiarum praestes inductus est, insequitur dei nominis et notionis explicatio. Similem autem in modum exordium disputationis, qua de Libero patre agitur, comparatum est: nam ut illic demonstratur, quid Mercurio cum Musis sit, ita hic, quae ratio intercedat inter Bacchum et Pacis numen, de quo antea actum erat; isdem vero a verbis Bacchi nominis interpretatio exorditur atque Mercurii: cf. p. 57, 21 *τυγχάνει δὲ ὁ Διόνυσος ἤτοι διάνυσος ὤν*, p. 20, 18 *τυγχάνει δὲ ὁ Ἑρμῆς ὁ λόγος ὤν*. Ad Mercurii notionem, quae p. 20, 21 definitur, omnium, quae insequuntur, cognominum interpretationes referuntur, quibus haud inlepide alia inseruntur, quae hunc ad deum pertinent et indidem fere atque cognomina repetenda sunt: velut ad cognominis *διάκτορος* interpretationem deo linguas sacrificari adnotatur, et postquam cognomen *σῶκος* explicatum est, Mercurio numen Sanitatis adiungi narratur. Dehinc disputatio ita decurrit, ut quod Mercurius praeco deorum et nuntius perhibetur esse, e duplici *λόγου* natura expediatur, qua in disputatione etiam dei pinnati calcei et Iridis vis tanguntur, deinde cognominis *ψυχοπομπός* de notione disseratur, ad quam id quoque, quod hominibus somnia inicit, revocatur. Amplior allegoria baculi, quem Mercurius gerit, iam antea commemorati adnectitur. Hoc igitur modo sententiarum decursus ipse tulit, ut a cognominum interpretatione deflecteretur. p. 23, 6 nova videtur disputationis pars incipere: agitur enim de Mercurii ortu, qua in re dei notio et vis his *ὑποδηλοῦντες πάλιν διὰ τούτου θεωρίας καὶ ζητήσεως γέννημα εἶναι τὸν λόγον* repetitur; ad hanc omnia, quae insequuntur, diriguntur.

Ac primum quidem quomodo deus fingatur, deinde ubi quibusque generibus ab hominibus colatur, enarratur, qua in explicatione non inepte etiam ratio ἑρμαίων, quae dicuntur, perstringitur. His peractis series insequitur cognominum, quae ad mercatorum et furum praestitem et invicem ad ordinis et legum custodem pertinent. Post cognominis κερδῴος explanationem propter allegoriarum similitudinem, quippe quibus Mercurium verae saluti hominum consulere exponatur, additur, quid sibi velit fabula, qua eum lyram invenisse perhibent (cf. p. 25, 7 ὡσὰν μόνος τῶν ἀληθινῶν κερδῶν αἴτιος ὢν τοῖς ἀνθρώποις — p. 25, 9 οἷον τῆς συμφωνίας καὶ ὁμολογίας καθ' ἣν οἱ ζῶντες εὐδαιμονοῦσιν). Sub finem tamquam epilogi loco quod Mercurius una cum Hercule in gymnasiis colitur, ad utriusque dei notionem refertur.

Insequitur illarum Homericarum fabularum interpretatio, quam concedo cum antecedentibus nullo modo cohaerere.[1]) Hanc partem extrinsecus in libellum insertam esse Reinhardt vel inde colligit, quod capitis, quo de Mercurio agitur, extremis verbis transitus paretur ad deos artium praestites, de quibus agatur capitibus 18—20. Sed in enarratione fabularum Promethei (c. 18) non nisi sub finem p. 33, 6 idque obiter et eo consilio, ut oratio ad Vulcanum et Minervam traducatur, ille τῶν τεχνῶν inventor inducitur; illis autem verbis, quae p. 26, 14 leguntur, si modo sententiarum conexum respicis, palaestrae artes designari manifestum est. Neque e commentarii Theogoniae Hesiodeae exordio, quo Hesiodeae fabulae Homericis opponuntur, interpolatoris mala ars elucet: nam apertum est hoc non posse intellegi, nisi cum extremis huius partis verbis, de quibus supra egi, coniungitur. De commentario ipso infra erit pluribus disserendum.

Verbis his νῦν δὲ τὰ βεβοημένα παρὰ τοῖς πλείστοις ἐπισκεπτέον illa Theogoniae Hesiodeae interpretatione missa perpetua narratione disputatur de Prometheo Vulcano Minerva. De iis, quibus fabulae Promethei perstringuntur, post ea, quae supra disserui, vix habeo, quod addam: narrationis tractus non interruptus procedit. Postquam his οἱ πλείους μέντοι τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῷ Ἡφαίστῳ αὐτὰς ἀνατιθέασι oratio ad Vulcanum et

[1]) Ingeniose Kroll, Philol. 53 (1894) p. 422 pro codicum τίθεσθαι p. 28, 2 legendum esse vidit πείθεσθαι.

Minervam deflexit, primum illo de deo agitur: vis nominis veriloquio et fabularum, quas Homerus et Hesiodus de eius ortu variant, interpretatione illustratur, eandem rationem cognomini χωλός subesse exponitur. Deinde de fabulis Homericis disseritur. Ab allegoria fabulae, qua Vulcanus Iovem Minervam edentem adiuvisse narratur, oratio ultro traducitur ad illam deam pertractandam. Ortu eius fusius et variis rationibus explicato, qua in re diversae narrationes apud Hesiodum obviae respiciuntur, insequuntur nominis complura veriloquia, ad ea variae explicationes deae speciei et insignium applicantur; et omnia, quamquam laxe, at certe cohaerent inter se. Deinde de deae sacris animalibus disseritur. p. 37, 9 cognominum interpretatio insequitur. Huic autem aliena immiscentur: p. 38, 5 enim post cognominis Παλλάς explicationem, cur homines Minervam in arcibus colant, exponitur; p. 36, 16 autem deae inventa et dona tractantur.[1]) Finitur disputatio fusa allegoria Minervae Gigantum victricis. Praeter hos locos, quos modo indicavi, huius capitis decursus nihil habet, quod reprehensione dignum sit; neque ullo modo ad expediendum, quod continuae cognominum collectioni alia inseruntur, quicquam inde lucramur, quod epitomatorem quendam amplius opus neglegenter exscripsisse statuimus.

Cohaeret hac cum disputatione caput insequens, quod de Marte et Bellona est, iis belli numinibus, quibus vis Minerva turbulentior tribuitur. Quae paucis perstringuntur. Primum haec quoque numina a Iove procreata non inutilia esse ad hominum salutem fusius explanatur, deinde postquam de Bellona actum est, quae cum Marte cognationis necessitudine quadam, de qua inter mythographos non constaret, coniuncta esset, Martis nomen et nonnulla cognomina explicantur; cum his arte cohaerent, quae de dei cultu et sacris sub finem dicuntur.

Ab adlocutione pueri nova libelli pars incipit, qua agitur de Neptuno Tritone Amphitrita, quibus accedunt Nereus et Leucothea, de Venere e mari oriunda. In capitis initio Neptuni vis, de qua p. 4 disputatum erat, respicitur; quae hoc in capite pluribus exponitur. Congeruntur dei cognomina, quorum agmen ducit epitheton φυτάλμιος, e quo illa dei notio praecipue elucet.

---

[1]) Suspicor p. 38, 20 legendum esse δῶρον αὐτῆς.

Additur interpretatio cognominum ἐνοσίχθων γαιήοχος similiumque; huic inseritur victimarum explanatio (cf. hoc de loco supra p. 11). Cum hac cohaerent, quae de fluviorum numinum specie et forma disseruntur. Deinde haud inlepide tridentis, quem Neptunus gerit, ratio e versuum *M* 27 sq.[1]) interpretatione explanatur; cum hac Tritonis et Amphitritae explicatio hoc modo copulata est, ut eorum nomina ad eandem atque vocem τρίαινα originationem revocanda esse contendatur. Hac digressione ad finem perducta cognominum interpretatio continuatur. Ad extremum ii quoque, quorum pater Neptunus perhibetur esse, commemorantur. Vides igitur, quod supra observavimus de disponendi ratione, hoc quoque in caput cadere: saepenumero enim, quae ad aequales aut similes rationes referuntur, coniunguntur, etiamsi hoc modo cognominum series discerpitur.

Paucis Nereus et Leucothea absolvuntur; huius disputationis fine δηλονότι τὸ λευκὸν τοῦ ἀφροῦ transitus paratur ad insequens caput, quo de Venere agitur.

Huius decursus non habet offensionem: orditur auctor a deae notionis interpretatione, ad quam quae insequuntur nominis veriloquia accomodantur; deinde ad cognomina convertit. Cognominis φιλομειδής explanationi additur deam una cum Gratiis Suada Mercurio coli, id quod eadem fere ratione atque illud cognomen exponitur. Copiosius de deae sacris disseritur. Subiungitur, ut exspectamus, Amor: primum exponitur, quo modo fingatur quidque valeant eius insignia, deinde varia eiusdem fere notionis nomina proferuntur et derivantur. Postquam autem narratum est Amorem a quibusdam pro universi mundi imagine haberi, alia numina, quibus eadem vis adsignatur, absolvuntur: Atlas Pan Priapus Ἀγαθὸς Δαίμων. Omnia autem, quae a p. 48, 9 usque ad p. 50, 4 scripta sunt, oratione obliqua dicuntur, quae a verbo νομίζουσι p. 48, 5 pendet; deinde ad orationem rectam transitur.[2]) Sed iuvat ea, quibus de Pane disseritur, accuratius inspicere. In huius disputationis priore parte ratio

---

[1]) Versus *M*. 28 a Cornuto citatus paulum ab Homeri codicibus recedit.

[2]) Exceptum est enuntiatum breve, quod p. 49, 13—14 legitur; sed hoc eodem modo puto accipi posse atque si legeretur ἐπεὶ εἷς — ἐστί. Pro ἐμφαίνει autem v. 17 nullus dubito, quin scribendum sit ἐμφαίνειν, insequitur enim νεβρίδα: librarii cuiusdam errore alterum ν excidit.

illa philosopha, quae in initio explicata est, servatur: ad eam enim omnia referuntur, quae usque ad p. 50, 2 exstant, velut quod facies Panis ex hirco et homine commixta est, quod in solitudinibus cum Nymphis ludens versatur, quod indutus est pelle maculis sparsa. Neque est cur in sententiarum ordine offendamus. Deinde autem ratio invertitur, id quod iam his *τάχα δ' ἐπεὶ τὴν ἐμμέλειαν ἀγριοφανῆ καὶ αὐστηρὰν ἀλλ' οὐ πρὸς ἐπίδειξιν ἔχει* (p. 50, 2) praeparatur; insequentibus vero Pana non mundi symbolum, sed praestitem et custodem gregum intellegi manifestum est (cf. in primis p. 50, 11). Sed dignum est, quod animadvertatur una cum rationis interpretandi mutatione desinere orationem obliquam, incipere orationem rectam. Talis rationis inconstantia etiam in numinibus, quae subiunguntur, explicandis perspicua est, sed eorum notio eam ipsa fert. Hactenus nunc quidem hac de libelli parte difficillima, in altero capite de ea latior erit locus.

Similiter atque p. 41 discipulum adlocutus auctor disputare orditur de iis deabus, quae aut pro terra ipsa habentur aut eius fertilitatis praestites creduntur esse, de Cerere Vesta Proserpina. Nomina Cereris et Vestae ad terram ipsam referuntur, deinde quomodo numina differant, demonstratur; primum de Vesta disseritur, cuius vis et notio inter terram et ignem vitalem fluctuat,[1]) his autem *ἡ μέντοι Δημήτηρ* . . ., quibus Cereris insignia Vestae opponuntur, ad illam peculiariter pertractandam transitur. Eius spicarum coronae explanatio ad fabulam traducit,[2]) qua Triptolemus Cerere auctore frumenti cognitionem et victum cicuratum pervulgasse narratur; additur Proserpinae raptus ratio physica, quam ad fabulam similes exterarum gentium narrationes adnectuntur. Cum his copulatum est nominis Proserpinae veriloquium.[3]) Insequentibus autem perspicuum est, quamvis sit

---

[1]) De verbis p. 53, 2 *διά—ὄν*, quae mutila videntur esse, indicare non ausim.

[2]) Quomodo intellegenda sint, quae p. 52, 20 leguntur, non satis certe apparet; fortasse non integra sunt. An *τοῦτο* ad *τὸ ἀναδοτικόν* revocandum est?

[3]) Perperam Langius p. 55, 5 contra omnium codicum auctoritatem, qui *Φερσεφόνην* exhibent, scribit *Περσεφόνην* (4 *Φερσεφόνῃ*: *P*, *Περσεφόνῃ*: ceteri codd.). Explicationes a Cornuto prolatas alibi non repperi. Cf. Preller-Robert, Griech. Mythol. I[4] p. 801 cum adnot.

misera verborum contextus condicio, de deae diebus festis agi; quae p. 55, 10—11 leguntur, ad Cereris filiam quaerentis errores pertinere videntur, qui iam p. 54, 14 tacti erant. Huius partis cum extremis verbis haud inepte copulata est Pluti interpretatio praecipue Hesiodi versibus (Opp. 299 sq.) illustrata. Tum de deae sacris agitur, quae ad terrae fertilitatem revocantur. His cum explicationibus interno quodam vinculo cognominis *ϑεσμοϑέτις* ratio accuratius exposita copulata est; indidem *μυστηρίων* notio repetitur, qua cum cognominis *μυσία* veriloquium coniungitur. Hoc caput non sine aliquo consilio et ratione digestum esse neque quicquam esse, quod suadeat, ut epitomatorem ponamus, spero te concessurum.

Mirum autem in modum his: *Διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν* ad Horas transitur. Dixerit quispiam haec verba ita accipi posse, ut auctor censeat, postquam Ceres hominibus tot dona tantique pretii largita sit, opus esse quibusdam numinibus, a quibus illa serventur et custodiantur; sed talis interpretatio fortasse spinosior est. Neque scio an ante illa verba lacuna hiet. Sed videntur non multa intercepta esse, nam apertum est hoc caput cum praecedentibus disputationibus copulatum esse: *Εὐνομίας* enim in notione p. 57, 9 explicata respiciuntur, quae p. 56, 17 leguntur (cf. *ἀπὸ τῆς τοῦ ἐπιβάλλοντος διανεμήσεως — καὶ διανεμόμενοι τὰ γεννώμενα δικαίως*), Iustitiae vero et Pacis interpretationes ad ea spectare videntur, quae p. 57, 1—2 exstant. Non taceam ab hac Horarum explanatione aliquantulum discrepare, quae p. 9, 20 sqq. de Iustitia et Horis quasi in transitu disseruntur: neque enim Iustitia inter Horas numeratur, et alia iis vis tribuitur atque in capite 29. Etiamsi enim eadem nominis derivatio profertur, non ad ethica referuntur praecepta ut p. 57, sed caeli salubrium mutationum custodes intelleguntur.

Difficile est de eius, quae insequitur, Liberi patris explicationis satis amplae et fusae dispositione aliquid pronuntiare. Cuius cum initio, quo Bacchi vis a bello abhorrens et Pacis numini paene aequalis exponitur, quod attinet sententiarum conexum, comparandum esse capitis, quo de Mercurio agitur, initium supra vidimus. Post Bacchi nominis varia veriloquia eius ortus fabulae diversis rationibus ad vini naturam revocantur. Deinde complura dei cognomina congeruntur, his interpretationes nominum eorum,

qui Bacchum comitantur, adnectuntur, quae similiter atque illorum cognominum explanatio ad ebriorum mores spectant. Non inversa interpretandi ratione — cf. *τούτου δὲ ἕνεκεν* p. 59, 12 — de Bacchi statuarum specie disseritur, neque sententiarum decursus interrumpitur usque ad p. 59, 21. Dehinc quae de organis ad Liberi patris cultum adhibitis dicuntur, ea cum antecedentibus non nisi laxe copulata sunt; sed eadem retinetur allegoriae ratio. Adduntur quaedam de thyrsis. Insequentibus exponitur, quare Bacchus et adulescens et senex fingatur: haec ab iis, quae p. 59, 12—21 de dei statuis explanata erant, non bene avulsa esse apparet. Allegoria autem, qua Satyri cum Nymphis ludentes ad vinum aqua recte temperatum referuntur, cum iis, quibus de Bacchis per solitudines vagatis agitur, olim cohaesisse videtur. A p. 60, 16 usque ad p. 61, 4 narratione perpetua dei sacra pertractantur. Quae de ferula adduntur, utrum ea hac cum disputationis parte coniungenda sint, an cum thyrsorum explicationibus p. 60, 4—9, quarum ratio non dissimilis est, in dubio relinquendum est. Certe a dei sacrorum explanatione picae et hederae, quae Bacchi sacrae creduntur esse, allegoriae segregatae sunt; quas auctor cum aliis, in primis cum dei cognominum interpretationibus conflavit, ita tamen, ut non desit ulla disponendi ratio: nam primum cognomininis *διθύραμβος* notio fusius variisque rationibus explicatur, deinde subiungitur similis vocis *θρίαμβος* veriloquium,[1]) ad quod propter interpretandi aequalem rationem, ut videtur (cf. *ἀπὸ τοῦ θροεῖν καὶ ἰαμβίζειν — ὡς λάλον ὄρνεον*), adnectitur, qua de causa Bacchi pica sacra sit. Insequuntur cognominum interpretationes, cuius prior antecedentibus interpretamentis cognata est; ad cognominis *εἰραφιώτης* veriloquium, quod ad vinum rixae auctorem pertinet,

---

[1]) Editorem enuntiatum *καθαιρετικός—θρίαμβον* ante verba *ὁ δὲ θρίαμβος* falso transposuisse censeo. Nam talis eiusdem vocabuli iteratio a Cornuti consuetudine abhorret; et si recta esset, consentaneum est vocem *θρίαμβος* non posse bis dici variata notione, at est notio variata, nam his *τὸν ἐν ταῖς πολεμικαῖς νίκαις ἀγόμενον θρίαμβον* intellegitur Bacchi ipsius triumphus, insequentibus autem dei cultorum pompa — quod Lydi de mens. simili loco ab Hefermehlio l. l. p. 29 adn. 7 exscripto probatur —, invicem enuntiato *ὅθεν καὶ—χρῶνται* triumphus designatur.

Bacchum omnino bellicum esse et triumphi auctorem additur. Deinde cur hedera ei tribuatur, exponitur. Denique postquam ludi thymelici, qui dicuntur, paucis tacti sunt, duarum fabularum allegoriae subiunguntur. Concedo hoc in capite saepius sententiarum ordinem perturbatum esse; id autem hic quoque apparet, quod iam supra adnotavi, interpretationum similitudinem vel aequalitatem tulisse, ut res colligerentur, quae per se minus cohaerent.

Disputatione de Baccho his *καὶ περὶ μὲν Διόνυσου τοσαῦτα* finita, abrupte incipit caput, quod de Hercule est. Sed quo pacto fieri potest, ut ad Herculis vim, ut a Cornuto definitur, pertractandam ab alius dei explicatione transitus paretur minus abruptus? Neque huius capitis sententiarum conexum ulla esse reprehensione dignum Wilamowitzii disputatione probatum est.

Praemissa pueri adlocutione auctor ad novam disputationem accedit, qua de Apolline Aesculapio Diana agitur. Apollinis et eius sororis nominum veriloquia, quae ad solis et lunae naturam referuntur, coniunctim tractantur similem in modum atque Cereris et Vestae p. 52. Deinde, quo modo praecipue differant, breviter exponitur. His a verbis auctor peculiariter de Apolline agere inchoat. Postquam, quonam modo fingeretur, paucis perstrictum est, insequitur cognominum series, a qua ad dei sacra pertractanda deflectitur, quibus absolutis auctor ad cognominum interpretationem revertitur. Cognominis *Παιάν* mentione facta optime ad Aesculapium transitur. Primum eius nomen derivatur, deinde quid sibi velit baculus, quem serpentes cingunt, expeditur, numinaque, quae cum eo aliqua necessitudine coniuncta creduntur esse, paucis perstringuntur. Denique de Diana agitur. Cum eius nomen iam in capitis initio derivatum sit, statim cognomina congeruntur; deinde de Hecata disseritur, quae non alia atque Diana accipitur, compluribus cognominibus enarratis deae vis, quae *χθονία* cognominatur, pluribus exponitur. Neque neglegitur tertia eiusdem deae notio: etenim eadem Lucina nuncupatur. Sub finem breviter eiusdem numinis diversae notiones et vires comprehenduntur.

Extremo disputationis capite de Dite patre agitur. Nominis vis, de qua p. 4, 16 sqq. disputatum erat, primis verbis breviter tangitur. Insequitur cognominum interpretatio. Charontis

et fluminum, quae apud inferos esse perhibentur, mentione facta, absolvitur lacus ἄόρνον, qui appellatur, vis: quibus ab explicationibus verbis ὡς-Πλούτωνα (ante haec cum Reinhardtio scribendum est ἄορος ἐγγύτητι cf. l. l. p. 116 adn. 2) ad herbas explicandas transitur, quae Plutonis sacrae sunt; et ordo sententiarum usque ad capitis finem non pravus procedit.

De libelli epilogo non habeo, quod addam.

Otto Jahn (proleg. ad Persii editionem p. XII) libellum, qui Cornuti nomine fertur, eximia quadam sterilitate conscriptum esse, statuit et vel inde verisimile esse concludit Cornuti amplius opus ab epitomatoribus sive sciolis magistris in epitomen coactum esse. Hoc ad argumentum iam Langius praef. p. VII haud inepte respondit non esse, cur Cornuto indignum esse putaremus epitomen conficere, omnes autem epitomas habere aliquid sterile ac ieiunum. Ac re vera libellus talis est epitome compluribus e fontibus conscripta, de quibus infra erit dicendum.[1] Neque quod Jahn contendit, in omnes libelli partes aeque cadit: nam nonnullis in capitibus velut in iis, quibus de Mercurio de Minerva de Cerere agitur, amplior rerum materia interdum non sine aliqua sermonis ubertate excutitur. Sed iuvat cum libello Cornutiano comparare, quae Eusebius e Porphyrii περὶ ἀγαλμάτων opere exscripsit.[2] Id puto patere hanc disputationem non ampliore materiae copia — dignum est, quod animadvertatur non citari auctorem — aut sermonis ubertate instructam fuisse atque illum libellum. Atque plerumque similiter atque apud Cornutum sententiae particula δέ laxe inter se iunguntur. Ne quis obiciat, quae Eusebius exhibeat, Porphyrii libri summarium esse, e quo integri operis

[1]) Conferas quaeso Maximiliani Pohlenz Reppii disputationis supra p. 30 adn. 2 commemoratae censuram BphW. 1908 p. 132: *Cornutus leidet darunter, dass von ihm nur der Leitfaden über Theologie erhalten ist, den er für seine Schüler zusammengestellt und selber nicht als wissenschaftliches Werk angesehen hat.* A. Dietrich, Kleine Schriften, p. 461: *... nichts ist lehrreicher als das erhaltene Hand- und Hilfsbüchlein für stoische Mythenerklärung, das sich selbst nennt 'Abriss der Überlieferung nach hellenischer Theologie' von dem Römer Cornutus.*

[2]) Satis est legentes relegare ad ea quae Börtzler, Porphyrius' Schrift von den Götterbildern, dissert. Erlang. 1903, p. 30 sqq. et Reinhardt l. l. p. 99 sq. contulerunt.

indoles non possit perspici, Börtzler (Porphyrius' Schrift von den Götterbildern, dissert. Erlang. 1903, p. 30 sqq.) probavit Eusebium etsi totum fere Porphyrii librum adumbrare in animo habuerit, tamen ampliores sententiarum series paene integras excerpsisse haud multis omissis, paucis permutatis, non tetigisse Porphyrii scribendi stilum et ingenium.[1])

Sed dixerit quispiam Macrobii de Apolline disputationem Cornuti multo ampliorem esse et ornatiorem, ad eundum autem fontem revocandam esse utramque constare. Respondeo apparere auctorem Neoplatonicum, quem Macrobius sequitur, de Apolline ideo tam accurate, multo accuratius quam de ceteris, quos tangit, dis egisse, quod illi iam antiquitus et ab optimis auctoribus solaris natura tribuitur, quam ipse omnibus fere dis adsignandam esse probare studet: cf. Macrob. S. I, 18 init.: *Haec quae de Apolline diximus possunt etiam de Libero dicta existimari.* Contra Cornutus de omnibus dis, quoscumque tangit, paene aequabiliter agit. Et quod omisit omnium testium nomina, id puto optime quadrare in libelli, qui in scholae usum conscriptus est, rationem et indolem.

---

## Caput alterum.

Quodsi quaeritur, quibus e fontibus ea, quae hoc libello continentur, hausta sint, primarium locum tenere Apollodori *περὶ θεῶν* libros inter viros doctos iam constat. Münzel enim, qui, quantum apud posteros eorum auctoritas valuerit, primus perspexit, totam fere Cornutianam de Apolline disputationem propter Heracliti personati capitis VII et Macrobii (S. I, 17) congruentiam ad Apollodorum revocandam esse docuit, quae coniectura ingeniosa et speciosa mirum quam splendide e scholiis Genevensibus ad *Φ* adscriptis, quae Hefermehl l. l. cum illis scriptoribus

---

[1]) Integra ex illius opere exscripta videntur esse, quae Eusebius exhibet III 7, 1, 2—4. 9, 1—5. 11, 1, 5, 9—12, 15—16, 22—29. — 11, 7 Eusebium Porphyrii verba decurtasse Börtzler inde colligit, quod Vesta hic non audiat *κεντροφόρος*, quod in huius partis summario 11, 15 legatur. Fortasse etiam 11, 13 quaedam omisit: neque enim Priapus Baccha Satyri tanguntur, qui 11, 15—16 commemorantur. Neque scio an 11, 29 quaedam intercepta sint, cum particulae *μέν* non respondeat *δέ*.

comparavit, firmata est. Alios quoque locos Cornutianos ad Apollodori opus referendos esse Hefermehl aliique viri docti evicerunt. Videtur constare omnia fere, quae Cornutus de Neptuno de Pane de Apolline de Aesculapio de Diana profert, ex Apollodori doctrina pendere. Sed iuvare puto Apollodorea, quae per totum fere libellum Cornuti dispersa esse persuasum habeo, accuratius persequi et quantum fieri potest, ab iis, quae aliis e fontibus hausta videntur esse, distinguere.

Cum in componendi rationem, quam Cornutus sequitur, inquisivi, satis clare apparuit, mira quadam cum aequitate et constantia in deorum cognominum interpretationem insertas esse eas partes, quibus rationes deorum imaginum et insignium, arbustorum et animalium, quae sacra creduntur esse, venerandi genera similiaque explicantur; ex his eas disputationes, quibus deorum sacra perstringuntur, vel e similitudine eorum, quae Eustathius his de rebus disserit, ex Apollodori opere excerptas esse constat, quoniam haec Eustathiana a Münzelio p. 30 sqq., cui Reinhardt p. 115 sq. assentitur, recte illi adscripta sunt.[1]) Quae vero a

[1]) Praemature, ut mihi quidem videtur, Reinhardt hac ex Eustathiana disputatione collegit ab Apollodoro his de rebus coniunctim dissertum esse, non in iis libris, qui singulis dis interpretandis destinati fuissent. Huic perpetuae argumentationi adscribit schol. Ap. Rh. I v. 1124 (= fr. 4): *ἡ γὰρ δρῦς ἱερὰ τῆς Ῥέας, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ περὶ θεῶν*; nam e Porphyrii *περὶ ἀγαλμάτων* opere valde verisimile esse censet Apollodorum de Cerere Proserpina Plutone Themide ceteris, qui habitare in terra crederentur, dis coniunctim atque, ut e fragmentis constet, in posterioribus operis partibus explicasse, qua re non propabile sit Rheam, quae ipsa terra credita sit, tertio libro pertractatam fuisse. Sed e Porphyrii excerptis, quomodo Apollodori opus descriptum fuerit, enucleari nequit, neque vero ex illa Eustathiana enarratione id effici potest, quod Reinhardt vult. Etenim illam explicationum seriem si non Eustathius ipse at certe eius proximus auctor videtur confecisse eo consilio, ut ratio ea, qua expediret, quod Minervae ulula sacra esset, aliis similibus exemplis illustraretur: cf. Münzel p. 33: *Καὶ, ἵνα μὴ πολλοῖς ὁμοίοις ἐπεξιόντες περιττὰ σοφιζώμεθα, οὕτω καὶ ἡ γλαῦξ οἰκεῖον τῇ ἀθρητικῇ Ἀθηνᾷ διὰ τὴν πρὸς τὸ ἀθρεῖν τοῦ γλαύσσειν ταὐτότητα.* In extremo vero disputationis Eustathius ad Minervam revertitur: *καὶ Ἀθηνᾷ δὲ δράκων ἱέρωται, ἵνα ὅθεν τὰ τῆς ἀρχῆς ἐκεῖ καταλήξῃ ὁ λόγος ἡμῖν, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον.* Diversis autem Apollodori operis e partibus, quae Eustathius profert,

Cornuto de deorum imaginibus et insignibus proferuntur, ea quoque Apollodoro deberi probabile est propter congruentiam Cornuti et Porphyrii, quem ex Apollodori opere sua hausisse Börtzler l. l. p. 30 sqq. suspicatus est, Reinhardt certissimis argumentis evicit. In talibus igitur rebus Apollodori doctrina praecipue videtur versata esse praeter cognominum interpretationem, e quibus in primis deorum veram notionem et naturam elucere putavit.

His praemonitis libellum ut Apollodorea colligamus perlustraturis nobis proficiscendum est a capite 6, quo de Rhea agitur: nam in hoc prima doctrinae Apollodoreae vestigia perspicua sunt. Iam Eduardus Schwartz (Apollodor, apud P.-W. I p. 2873 sq.) e rationis aequalitate, quae intercederet inter schol. Ap. Rh. I v. 1124 et Cornutea, quae leguntur p. 6, 3 sqq., iure collegit eorum fontem Apollodori opus esse; consentaneum autem est haec illis eius disputationis e partibus fluxisse, quibus de deae insignibus et sacris disserebatur: indidem hausta esse, quae antecedunt, manifestum est. Eorum autem, quae his excipiuntur, originem Apollodoream Hefermehl l. l. p. 30 statuit collatis schol. Theocr. XVII, 9 *Ἴδας δέ φασι πάντα τὰ ὑψηλὰ ὄρη ἀπὸ τοῦ ἀπ' αὐτῶν δύνασθαι ἰδεῖν πάντα* et *Διαφ. ἐκλ.* p. 450, 23[1]) *Ἴδη: ὑψηλὴ γάρ ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν οὖν τὰ πέριξ ἢ ὅτι φαίνεται μακρόθεν.* Cum his arte cohaeret neque divelli potest disputationis initium, quo Rhea *ὄμβρων αἰτία* nuncupatur, quae vis haud absone ei deae tribuitur, quae in summis montibus habitare credebatur. In dubio autem relinquendum est, num veriloquium, quod e praecedentibus repetitur, Apollodorus amplexus sit; a Stoicis eum id recepisse, ut alia recepit, veri non dissimile

---

conflata esse ex eo pro certo probatur, quod explicationi oloris Apollinis sacri adhaeret cognominis *Δήλιος* interpretatio, quam e continua cognominum serie avulsam esse apparet. Neque vero aut apud Porphyrium aut apud Cornutum perpetua narratione de omnium deorum sacris agitur, sed hae res una cum singulorum deorum notionis explicationibus absolvuntur. Huc accedit, quod rerum ordo a Cornuto optime servatus (cf. supra) ab Eustathio pravissime turbatur: agit enim de avibus, de plantis, de piscibus, de animalibus terrestribus.

[1]) Cf. Hefermehl. p. 18. Cf. etiam Ioannes Mauropus v. 70 *ὄρος δ' ὁρατὸν ὄμμασι καὶ μακρόθεν.*

est. Apparet autem vocis ῥύσις notionem paululum variatam esse; nam p. 3 hac voce umidi principalis fluctus designabatur, hoc autem loco ad imbres refertur. Extremum autem disputationis [1]) Apollodori doctrinam, etsi fortasse valde attenuatam, redolet: conferas quaeso Clem. Alex. Protr. p. 35 P. (p. 30 St.): . . . *οὐδέγε τῶν τὴν Φοινίκην Σύρων κατοικούντων, ὧν οἱ μὲν τὰς περιστεράς, οἱ δὲ τοὺς ἰχθῦς οὕτω σέβουσι περιττῶς ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία.* Idcirco nullus dubito, quin tota haec Cornutiana disputatio ex Apollodori opere pendeat.

Hinc si procedimus, Apollodori certa vestigia nobis obvia sunt in iis, quae Cornutus de Iove explicat: nam cum iis, quae de eius statuis disseruntur p. 10, 7—20, in universum concinunt Porphyriana apud Euseb. P. E. III 9, 5. Atque etiam, quae de Furiis profert, eodem e fonte videntur hausta esse: has quoque deas Apollodorum in opere suo respexisse constat, quoniam, quae Cornutus p. 75, 4 et Eustathius p. 87, 25 de narcisso earum sacro congruentia proferunt, illi tribuenda esse Münzel l. l. p. 34 probavit et insuper ille nominatim citatur in scholio Soph. O. C. v. 489, quo his deabus colendis sacrificulos generis *Ἡσύχου* fuisse exponitur.[3]) Itaque satis est cum Cornuto comparare haec Eustathiana: p. 763, 26 (ad I 454) *στυγεραὶ δὲ Ἐρῥινῦς αἱ φρικταὶ καὶ ὡς εἰπεῖν κρυεραὶ καὶ ῥιγεδαναὶ παρὰ τὴν Στύγα τὴν ἐν Ἅιδου πηγὴν, ὡς πολλαχοῦ φαίνεται . . . ὅτι δὲ πτερωταὶ πλάττονται διὰ τὸ κατ᾿ ἀλληγορίαν πάνυ ταχὺ τῆς θεόθεν δίκης καὶ ἄφυκτον . . . καὶ ὅτι παρὰ τὸ ἐρῖ ἐπιτακτικὸν καὶ τὸ ἀνύειν αὐταῖς τὸ ὄνομα* (cf. Et. M. p. 374, 2) *. . . καὶ ὅσαι ἄλλαι τούτων ἐτυμολογίαι, ζητέον ἐν τοῖς παλαιοῖς . . . αἱ δ᾿ αὐταὶ καὶ σεμναὶ καὶ δειναὶ καὶ δεινῶπες καὶ ἔμφοβοι, ἔστι δὲ καὶ ποίνιμοι διὰ τὸ κατ᾿ αὐτὰς φοβερόν. εἰ δὲ καὶ Εὐμενίδες Ἀττικῶς κατὰ τό, ὅ γ᾿ ἐνθά δ᾿ ὢν εἴπῃ λεώς, ἤγουν ὡς ἂν Ἀττικοὶ εἴποιεν, ἀλλὰ τοῦτο ἀντί-*

---

[1]) Quae p. 6, 13—14 leguntur, corrupta videntur esse (cf. infra).

[2]) Hefermehl. p. 30 etiam scholia Ap. Rh. I vv. 1116. 1123. 1126. 1129 Apollodoro tribuit.

[3]) Fortasse etiam Furiarum genealogia schol. Soph. O. C. v. 42 Apollodori e doctrina pendet: cf. similes catalogos ap. Münzelium, Quaestiones mythographae (Berol. 1883), p. 10.

*φρασις εὐφημητικὴ*[1]) *ἐκθυομένη τὴν κατὰ τὰς Ἐρινῦς φρίκην*. Etiamsi Cornutus Apollodori doctrinam valde minuisse videtur, tamen, quae profert, non omni destituta sunt doctrina; etenim cognomen *ὀφιοπλόκαμοι* (p. 11, 13), quod in hymnis Orphicis[2]) recurrit, rarum videtur esse.

Quo e fonte Iovis cognomina, quae Cornutus congerit, hausta sint, virorum doctorum iudicium anceps est: Ernestus Maass enim (Aratea p. 34, cf. p. 252) Cornuti capita 2 et 9 ad Apollodorum referenda esse suspicatus est, quem secutus Hefermehl p. 20 cum iis, quae e Porphyrii Quaestionibus Homericis (p. 40, 26 sqq. Schr.) exscripsit et Apollodoro recte vindicavit, Cornuti Iovis cognominum interpretationem contulit. Contra Reinhardt p. 119 cum Cornuto comparavit libri *περὶ κόσμου*, qui inscribitur, cap. VII, quo similiter atque apud Cornutum eadem fere cognominum series occurrit. Et confiteor eam collectionem, quam Cornutus exhibet, omnesque eius similes, quae apud alios scriptores leguntur, merum Stoicorum ingenium redolere.[3]) Sed Reinhardti coniectura, qui huius Cornutiani[4]) libelli partis fontem Posidonii opus *περὶ θεῶν* esse contendit, mihi minus arridet. Nam verisimile est iam ante Posidonium a Stoicis magistris tales summi dei cognominum series confectas esse; quid autem obstat, quominus Apollodorum, qui alias Stoicorum vestigiis insistit — moneo de vocis *θεοί* veriloquio (Münzel p. 18)[5]) — similem in modum Iovis cognomina pertractasse putemus? Et servatum est huius disputationis frustulum quoddam, cui nomen illius adpictum est; leguntur enim Bekkeri Anecdotorum p. 374 haec: *Ἀλάστωρ· ... κατὰ δὲ Ἀπολλόδωρον ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, τοῦτο δέ ἐστιν ἀλιτανεύτως ἀδικεῖν.*[6]) Cum his conferas quaeso, quae apud

[1]) Cf. Serv. ad Verg. Aen. VII 250 *et Eumenides dicuntur κατ' ἀντίφρασιν, cum sint inmites.*

[2]) 68, 12. 69, 10.

[3]) Cf. Reinhardt p. 119 adn. 3. Maass l. l. et comment. in Ar. rell. p. 332.

[4]) Ceterum cum Cornutiana vocis *αἰγίς* interpretatione cf. Ioannes Mauropus v. 81 *καὶ καταιγὶς ὑψόθεν | πρὸς γῆν ἀΐσσει καὶ κατάγνυσι σκάφη.* Et. M. 27. 30. Cf. Römer, Ein Wort für Aristarch, Bl. f. bayr. Gymn. 44 (1908), p. 449 sqq.

[5]) Cf. etiam Gruppe l. l. p. 479.

[6]) Hoc fragmentum a Münzelio p. 18 tractatum est. Cf. Photium s. v. *ἀλάστωρ* (ed. Reitzenstein).

Cornutum p. 10, 20 sqq. exstant. Etiamsi Cornutea et Apollodori fragmentum non omni e parte congruunt, tamen tanta inter ea intercedit necessitudo, ut vix dubium sit, quin Cornutus ex illius doctrina pendeat; aut ea, quae apud illum invenit, paululum detorsit et invertit, aut quod verisimilius videtur esse, Apollodorus complura protulerat veriloquia, e quibus grammaticus aliud, aliud Cornutus exscripsit. Plane vero cum Apollodori interpretandi ratione consentit Cornuti vocis παλαμναῖοι explanatio. Ut apud eum, ita in Apollodori fragmento non Iovis cognomen, sed vocis ἀλάστωρ veriloquium explicatur; Münzel hoc observans recte adnotavit: *Ex Apollodori autem de dis libris hanc notationem desumptam putaverim non immemor Iovis ἀλάστορος. Vocis ἀλάστωρ enim perbene grammaticus Atheniensis rationem reddere potuit ubi de dei cognomine agebat.* Recte hac de re eum iudicasse loco Cornutiano optime probatur. Reinhardt p. 120 apertum esse contendit continuam cognominum etymorum interpretationem aliis excerptis intermixtis temere a Cornuto discerpi; hoc argumentum nescio, an valde iis, quae supra de disponendi ratione in libello perspicua disserui, infringatur. Neque enim inde, quod diversae disputationis partes inter se permixtae sunt, auctorem complures adisse fontes colligi potest, quoniam ea capita, quae tota Apollodorea esse apparebit, non aliter digesta sunt. Huc accedit, quod in aliorum quoque deorum cognominum interpretatione Cornutus ex illius libris pendet. Itaque omnibus, quae hanc ad quaestionem pertinent, deliberatis probabile puto esse omnia fere, quae Cornutus de Iove p. 9 sqq. disputat, Apollodori ex opere excerpta esse.[1])

Cum his coniungenda esse e nominis Iovis etymis, quae p. 3 leguntur, unum vel alterum supra vidimus. Veriloquia priore loco exhibita (p. 3, 4—9) apud Stoicos tritissima unde Cornutus hauserit, non constat: potuerunt ea illa cum allegoria Iovis eiusque fratrum

---

[1]) p. 11, 20 Cornutus duos versus (*Γ* 277 et Hes. Opp. 267), qui alibi coniunguntur, in unum confundit. Quos iam Cratetem citavisse, a quo Posidonius eos receperit, Reinhardt p. 69 non temere contendit, quoniam non solum apud Macrob. S. I 23, sed etiam in scholiis Arateis occurrunt, at his locis eo consilio adhibentur, ut Iovis solaris natura illustretur, id quod a Cornuti — et Apollodori — ratione abhorret. Cf. Maass, Aratea p. 252.

conexa esse; tertiam vero interpretationem p. 3, 10—13 philosophos Stoicos amplexos esse nullus exstat testis, accedit autem propius ad id veriloquium, quod Crateti placuit (cf. Lyd. de mens. p. 122 Wünsch: *Κράτης δὲ ἀπὸ τοῦ διαίνειν τουτέστι πιαίνειν τὴν γῆν βούλεται ὀνομασθῆναι τὸν Δία τὸν εἰς πάντα διήκοντα*). Itaque hoc quominus Apollodoro tribuamus nihil est, quo praepediamur.[1])

Consentit allegoria *Λιτῶν,* quae a Cornuto p. 12 exponitur, cum Heracliti personati capite 37.[2]) Consentaneum est plerumque Heracliti et Cornuti consensum inde explicandum esse, quod utrique subsit Apollodori doctrina, quod fortasse etiam hunc in Cornuti locum cadit. Sed relinquitur dubitatio quaedam, cum illa allegoria non arte cum antecedentibus explicationibus cohaereat, neque alia accedant momenta, quibus Apollodorea origo fulciatur. Idem statuendum est de fabulae, quae ab Homero Z 132—137 narratur, allegoria a Cornuto capiti, quod de Libero patre est, subiuncta; consentit paene verbotenus Heracliti caput 35.[3])

Praetermitto cap. 13, a quo omnino Apollodori nomen procul habendum est. Quae autem Cornutus p. 14 de Musis explicat, ea magnam quidem partem ad illum revocanda esse Ernestus Maass, Aratea p. 211, et Hefermehl l. l. p. 40 (cf. p. 18) firmis argumentis docuerunt; et exploratum est Epicharmi versus a Cornuto citatos illi deberi. Neque ea, quibus Cornutus de Musarum numero, de quo alii aliter sentiant, dicit, ei abiudicanda videntur esse, quoniam praeter eum alium grammaticum aut philosophum Stoicorum sectae addictum talem catalogum composuisse probabile non est neque hae allegoriae omnes Cornuti ipsius ex officina prodisse videntur.[4]) Capitis 15, quo de Gratiis disseritur, multo maior

[1]) Cf. Et. Gud. 144, 50 *Δίας, ὁ Ζεύς, δι' οὗ ζῶμεν, παρὰ τὸ διαίνειν, τοῦτ' ἔστι πλύνειν τὴν γῆν.* Cum Cornutiana etymologia cf. Cramer Anecd. Oxon. I p. 181, Seleucum ap. Cramer Anecd. Oxon. II p. 443, 5 (Reitzenstein, Varro u. Ioh. Maur. p. 23 adn. 2).

[2]) Cf. Eust. ad I 500 p. 768, 10 sqq.

[3]) Cf. Eust. p. 629, 18 sqq.

[4]) Alias allegorias Tzetzes in Hes. Opp. p. 26, 9 profert (cf. Maass l. l.), sed comparanda sunt haec *αἱ δὲ ἑπτὰ τὴν ἑπτάχορδον λύραν* cum Corn. p. 15, 8. Quae autem Corn. p. 15, 4 dicit, ea ipse addidisse videtur: nam haec explicatio pugnat cum iis, quae p. 37, 14 leguntur (de quibus cf. infra). Tales interpretationes philosophiae ad disciplinas pertinentes auctoribus Stoicae sectae addictis valde placuerunt. Cf. Heracl. p. 49, 5.

pars alio e fonte videtur fluxisse. In disputatione vero, quae de Mercurio est, Apollodoream doctrinam latere constat: Hefermehl enim l. l. p. 36 Cornuto p. 20, 23 sqq. Proclo (ad Hes. Opp. v. 84) Oro comparatis, quibus addidit Heracliti congruentiam p. 95, 4 Apollodorum restituit; sed consensus Heracliti et Cornuti ad plura pertinet neque dubium est, quin omnia, quae inter se congruunt, ad Apollodori opus revocanda sint;[1]) sed supersedeo haec exscribere et satis habeo accuratius indicare, quae praecipue consentiunt: Corn. p. 21, 3 = Her. p. 96, 2 sq. Corn. p. 21, 4—14 = Her. p. 95, 3—11. Corn. p. 21, 15 = Her. p. 96, 10.[2]) Corn. p. 22, 3—5 = Her. p. 94, 20—21. Corn. p. 23, 12—16 = Her. p. 94, 17—20.[3]) Iam vero cum tam amplae partes huius capitis Apollodoro tribuendae sint, totam de Mercurio disputionem ex illius opere excerptam esse probabile est; quae coniectura cum circumspexi, quibusnam momentis fulciri possit, mirum quantum materia succrevit.

Praeter schol. Od ψ 198 = fr. 30 M.[4]) comparandus est Macrobius (S. I 19, 12 sqq.): *Argeiphontes praeterea cognominatur, non quod Argum peremit* (ut οἱ νεώτεροι voluerunt cf. Procl. apud Hefermehlium p. 37) . . . *sed sub huius modi fabula Argus est caelum stellarum luce distinctum, quibus inesse quaedam species caelestium videtur oculorum. caelum autem Argum vocari placuit a candore et velocitate παρὰ τὸ λευκὸν καὶ ταχύ . . . 14 pleraque etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignata et virilibus erectis, quae figura significat solem mundi esse caput.*[5])

---

[1]) Cf. Reinhardt p. 29.

[2]) Cf. Apoll. Soph. p. 168, 35 Bekk.

[3]) Cf. Lyd. de mens. p. 130, 1 ὁ δὲ ἀληθὴς αὐτὸς ἑαυτῷ ἐκ πάντων μερῶν ἴσος, ὅπου δὲ στρέφοιτο πάσαις βάσεσιν ἀορίστως στηρίζεται, ὅ δὲ τετραγωνικὸν σχῆμα τυγχάνει. Videtur Lydus ex Apione pendere, vide Reitzenstein, Poimandres p. 43.

[4]) Additur sub finem ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ. Tales subscriptiones scholiorum Homericorum a Byzantinis magistris videntur adiectae esse. Cf. Ed. Schwartz, De scholl. Hom. ad histor. fabul. pertin. Jahrb. f. cl. Phil. Suppl. XII (1881) p. 458; ideo iis non nimia fides habenda est. Neque tamen dubium est, quin hic verum viderint scholastici Byzantini.

[5]) Non est, cur cum Münzelio in capitibus 18—23, quae prae

Summi vero momenti est cum Cornuto maxime consentire Eustathium, quem multa Apollodorea servare — Porphyrio, ut Hefermehl suspicatus est, intercedente — iis, quae Hefermehl et Reinhardt disputaverunt, pro certo probatum est; et praeter fragmenta ea, quae viri docti indicaverunt, multa alia apud eum latent. Conferas quaeso haec:

| | |
|---|---|
| p. 854, 64: *ὁ δὲ Σῶκος ὁμωνυμεῖται τῷ Ἑρμῇ. ἀναπτύσσεται δὲ ἡ λέξις αὕτη ἀπὸ τοῦ σώζειν, ἢ καὶ ἄλλως ἀπὸ τοῦ σωκῶ, ὃ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἀντὶ τοῦ ἰσχύω κεῖται, ἢ παρὰ τὸ σάειν οἶκον, ὅ ἐστι σώζειν* (cum insequentibus cf. Herod. II p. 586, 19 Lentz). | Corn. p. 21, 6: *καὶ σῶκος ὡσὰν σωτὴρ τῶν οἴκων ὑπάρχων ἤ, ὥς τινες, ἰσχυρός.* Cf. Hesych. *Σῶκος· σωσίοικος, σάοικος. ἰσχυρός.* |

Neque lexicon, quod Apollonii Sophistae nomine fertur, inutile est ad Apollodori vestigia detegenda; constat enim Apionem, cuius doctrina ei fundamento est, Apollodori opera inspexisse testimonio scholio Ap. Rh. I 292 (= Apoll. fr. 217 M.). Congruunt haec:

| | |
|---|---|
| p. 148, 15 Bekk.: *σῶκος ἐπίθετον Ἑρμοῦ. καὶ ὁ μὲν Ἀπίων ἀποδίδωσι σῶκος σωσιοικος, ἔνιοι δὲ σόωκος ὁ ὠκέως σοούμενος* (cf. schol. Y 72). *βέλτιον δὲ τὸ πρότερον· ὅθεν ἐριούνιος ὁ μεγάλως ὀνίσκων, τουτέστι ὠφελῶν, οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι* (cf. supra!) *χθόνιος, παρὰ τὴν ἔραν. λέγεται καὶ δι' ἄλλων κρατὺς ἀργειφόντης διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἐν τῷ ἀπαγγέλλειν. σῶκον οὖν συνωνύμως τῷ κρατύς. καὶ Σοφοκλῆς εἰσάγει τὴν Ἠλέκ-* | Corn. p. 21, 4: <br><br><br><br> *εἶτα ἐριούνιος ἐπονομάζεται ἀπο τοῦ μεγαλωφελής τις εἶναι καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὀνίσκειν* (ego coni: *ἴσχειν a, ὀνεῖν b M 2 c, ἰσχύειν* Schm.) *τοὺς χρωμένους αὐτῷ καὶ σῶκος κ. τ. λ.* |

---

capite 17 Apollodoro vindicato doctrina sordeant, illius vestigia non inesse statuamus. Cum Apollodorus longe abesset, ut omnes deos, id quod auctori Neoplatonico placuit, soli aequiperaret, consentaneum est hunc non omnia, quae illius in opere invenit, recepisse; tamen quaedam in usum suum convertit et de sua ipsius sententia detorsit. In dubio relinquendum est, utrum Macrobius, ut G. Wissowa (De Macrobii Saturnaliorum fontibus capita III, diss. Vratisl. 1880, p. 40) suspicatus est, e Iamblichi libro *περὶ θεῶν* pendeat, an e Porphyrio, quod Reinhardt vult. Cf. Gruppium l. l. p. 478.

*τραν λέγουσαν „μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος“* (v. 118)[1] *ἀντὶ τοῦ οὐκέτι ἰσχύω.*

Pergo congerere Eustathiana et Cornutiana:

Eust. p. 1951, 10 (ad ω 1) *Ἰστέον δὲ ὡς ἐκ τοῦ, Ἑρμῆς ψυχὰς ἐξεκαλεῖτο, τὸν ψυχοπομπὸν συντιθέντες τινὲς ἐπίθετον αὐτὸ εἶπον Ἑρμοῦ, τόδ' ἔστιν ἄλλως ἔχον κατ' ἀλληγορίαν, ὅτι δηλαδὴ ὁ λόγος ἀναψυχὴν πέμπει τοῖς ἐν μετοχῇ αὐτοῦ ... Κυλλήνιος δὲ Ἑρμῆς κ. τ. λ.* nominatum citatur Apollodorus = fr. 31 M. (cf. Hefermehl p. 28).

Corn. p. 22, 8: *ψυχοπομπὸν δὲ τὸν Ἑρμῆν ἐμύθευσαν εἶναι συμβάλλοντες, ὅπερ ἴδιον αὐτοῦ ἐστι, τὸ ψυχαγωγεῖν· ... καὶ παρορμᾶν γὰρ ῥαδίως τοὺς παρειμένους καὶ καταστέλλειν τοὺς παρωρμένους δυνατός ἐστιν.*

p. 1809, 32 (ad π 471): *οἱ δέ φασιν ὅτι Ἕρμαιος λόφος σωρὸς λίθων ἐστὶν ἐνόδιος ἢ βωμὸς ἢ λόφος ὑποκείμενος Ἑρμοῦ ἀνδράντι. ἄλλοι δὲ νοοῦσιν Ἑρμαίους κοινῶς λόφους σημεῖα ὁδῶν κατὰ ποσήν τινα διάστασιν μιλιασμοῦ τυχὸν ἢ σταδιασμοῦ. Ἑρμῆς γάρ, φασι, πρῶτος οἷα κῆρυξ καὶ διάκτορος καθήρας τὰς ὁδούς, εἴ που λίθους εὗρεν, ἀπετίθει ἔξω ὁδοῦ. ὅθεν τοὺς τοιοῦτό τι ποιοῦντας καὶ τὰς ὁδοὺς τῷ Ἑρμῇ ὡς διακτόρῳ ἐκκαθαίροντας εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ τοὺς τῶν τοιούτων λίθων σωροὺς Ἕρμαια ἢ Ἑρμαίους λόφους καλεῖν. τινὲς δέ φασιν, Ἑρμοῦ τοῦ εἰς λόγον ἀλληγορουμένου σύμβολον εἶναι τὸ τοιοῦτον ἔργον. ὡς γὰρ σωρὸς λίθων ἐκ μικρῶν εἰς μέγαν ὀγκοῦται κολωνόν, οὕτω καὶ Ἑρμῆς λόγος ἀποτάδην διεξοδικῶς ἐκ βραχυτάτων στοιχείων τε καὶ συλλαβῶν καὶ λέξεων συσσωρευόμενος εἰς πολὺ κορυφοῦται.*[2]

Corn. p. 24, 11: *προσσωρεύουσι δὲ τοὺς λίθους τοῖς Ἑρμαῖς ἑκάστου τῶν παριόντων ἕνα τινὰ αὐτοῖς προστιθέντος ἤτοι ὡς χρήσιμόν τι τὸ παρ' αὐτὸν ἑκάστου καὶ κοινωνικὸν ποιοῦντος διὰ τοῦ καθαίρειν τὸν ὁδὸν εἴτε μαρτυροποιουμένου τὸν Ἑρμῆν εἴτε ὡς ἐπισημαινομένου τὴν εἰς αὐτὸν τιμήν, ὡς μηδὲν ἄλλο ἔχει προσενεγκεῖν αὐτῷ, εἴτε ἐκδηλότερον τοῖς παριοῦσι τὸ ἀφίδρυμα ποιοῦντος εἴτε πρὸς σύμβολον τοῦ ἐκ μικρῶν μερῶν συνιστάναι τὸν προφορικὸν λόγον.*

[1]) Cf. Kaibel, Soph. El. p. 88.

[2]) Cf. de Visser, Die nicht menschengestaltigen Götter der Griechen p. 102 sqq.

Eustathii congruentia evincitur etiam eam, quam apud Corn. p. 24, 19—25, 2 legimus, allegoriam Mercurii Apollodoro vindicandam esse, unde verisimile est illum Stoicam duplicem illam divisionem λόγου προφορικοῦ et ἐνδιαθέτου ad Mercurii virtutes transtulisse; neque dubito etiam Cornutiana p. 21, 18—22, 3, quae ad λόγον προφορικόν et ἐνδιάθετον pertinent, illi adscribere.[1])

Ilico addo haec:

| | |
|---|---|
| Eust. p. 999, 14: τὸν δὲ αὐτὸν ἄλλως Ἑρμῆν καὶ ὡς στερητικὸν κλέπτην πλάττουσιν. οὐ γὰρ μόνον εὐερμεῖ τις ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ δυσερμίαν ἔχει κατὰ τοὺς παλαιούς, ὡς τὰ ἐναντία ἐνθεωρεῖσθαι καὶ αὐτῷ, καθὰ καὶ ὁ Ποσειδῶν σεισίχθων τε λέγεται καὶ ἀσφάλιος, τὸ μὲν ὡς ἐνοσίχθων διὰ τοὺς σεισμούς, τὸ δὲ ὡς συνεκτικὸς τῆς γῆς ἤτοι γαιήοχος. οὕτω καὶ ὁ Φοῖβος Ἀπόλλων τε καὶ κουροτρόφος. | Corn. p. 25, 11: παραστῆσαι δὲ αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ διὰ τῶν ἀπεμφαινόντων θέλοντες κλέπτην αὐτὸν παρέδωκαν καὶ Δολίου Ἑρμοῦ βωμὸν ἔνιοι ἱδρύσαντο. <br><br> Cf. Corn. p. 42—43. |

Vel primo obtutu apparet explicandi rationem, qua Eustathius utitur, eandem esse atque Apollodori, quam e Macrobii Saturnalibus I, 17, 33 cognoscimus.

Sed etiam alibi eiusdem fontis complures in partes derivati rivulos persequi possumus: satis enim est cum Cornuto p. 23, 6 Proclum comparare, quem Hefermehl iam de cognominis ἀργειφόντης explicatione protulit, ut statim utriusque doctrinae eandem originem unus quisque intellegat:

| | |
|---|---|
| Lyd. de mens. IV 76 p. 128 W.: περὶ δὲ ⟨αὐτῆς⟩ ὁ Πρόκλος φησὶν οὕτως· 'ἡ Μαῖά ἐστιν ἡ τὰ ἐν ἀφανεῖ κεχρυμμένα εἰς τὸ ἐμφανὲς | Corn. p. 23, 6: ἐκ δὲ Μαίας ἔφασαν γεγεννῆσθαι Διὶ τὸν Ἑρμῆν ὑποδηλοῦντες πάλιν διὰ τούτου θεωρίας καὶ ζητήσεως γέννημα |

---

[1]) λόγον ἐνδιάθετον Heracl. p. 95, 15 Mercurio subterraneo vindicat; Plutarchus Moral. p. 177 B eum Mercurii, qui ἡγεμών cognominetur, donum censet esse, λόγον προφορικὸν autem διάκτορι tribuit. Cf. Aelian. hist. an. X 29. Reitzenstein, Zwei rel. Fragen p. 72 sq.

*προάγουσα παραπλησίως ταῖς τῇδε μαίαις, Ἑρμῆς δὲ ἐκείνης παῖς ὁ λόγος, ἥκων διὰ πάντων, ὃς τὴν ἐν τῷ ἀφανεῖ τῶν ὄντων περιοχὴν ἐν διαστάσει καὶ προνοίᾳ λόγων ἀϊδίως πρώτως ἐξέφηνεν*... Atque etiam, quae Lyd. p. 129, 7 ex Apione, ut videtur, profert, cum Cornuto consentiunt.

*εἶναι τὸν λόγον· καὶ γὰρ αἱ μαιούμεναι τὰς γυναῖκας ἐντεῦθεν εἴρηνται μαῖαι τῷ ὡσὰν ἐξ ἐρεύνης προάγειν εἰς φῶς τὰ βρέφη.*

His accedit aliud testimonium et id gravissimum; haec enim exhibet Et. M. p. 589, 49 s. v. *Μοῦσα: Τινές φασι μύουσαν εἶναι αὐτήν· ἡ γὰρ μουσικὴ οὐδὲν διαφέρει μυστηρίων. Ὡς δὲ ἄλλοι, μῶσά τις ἐστί· μῶ γὰρ καὶ μῶμαι, τὸ ζητῶ· Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός,*

*Πύρραν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα.*[1])

*Καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ (ὅ ἐστι τὴν τοῦ λόγου) μητέρα, Μαῖαν λέγει, παρὰ τὴν ζήτησιν καὶ εὕρεσιν τῶν μαθημάτων· καὶ μαίω, τὸ ζητῶ· ὅθεν καὶ μαῖα καὶ μοῦσα.* Cum his coniungenda sunt, quae Photius ex Helladio excerpsit (Phot. bibl. cod. 279 p. 530 b Bekk.). Altera vocis *Μοῦσα* etymologia Apollodorea est,[2]) quae eodem modo Epicharmi versu illustrata apud Cornutum p. 14, 7 sqq. legitur. Vocis *Μαῖα* autem etymologiam, quae in Etymologico Magno insequitur, cum eadem substracta sit ratione, omnes habet veri numeros eidem deberi auctori.

Plutarchum Apollodoreis scatere Münzel p. 21 adn. 2 contendisse infra pluribus speciminibus me probaturum spero: nunc quaeso perlustres haec:

Plut. an seni resp. ger. sit p. 797 F: *διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἄχειρας καὶ ἄποδας ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργόν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχωσιν.*

Corn. p. 23, 16: *οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας Ἑρμὰς ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας, τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ λείους παρειμένα, παριστάντες ὅτι ἐν τοῖς προβεβηκόσι ταῖς ἡλικίαις γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειός ἐστιν, ὃς δὴ καὶ [τυχὸν] τῷ ὄντι ἐστὶ τυγχάνων, ὧν ἂν πρόθηται, ἐν δὲ τοῖς ἀώροις ἄγονος καὶ ἀτελής.*

---

[1]) Kaibel Fr. Com. I 118, qui scribendum esse censet: *Πύρραν γα μῶται Λευκαρίων.*

[2]) Utrum etiam prior etymologia, quae apud Diodorum IV 7 recurrit, Apollodoro vindicanda sit, necne, explorari nequit.

Cum Cornuto p. 23, 22 consentiunt, quae scholiasta adnotavit ad Aristoph. Plut. v. 1159: *ὅτι ὁ Ἑρμῆς καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ λογικὸν ἡγεμονεύει τεχνῶν καὶ πρακτικῶν, ὑποτιθεὶς ἑκάστῳ καὶ ἐφευρήσεις καὶ πανουργίας καὶ ἀφορμάς. ἡγεμόνιος δὲ λέγεται καὶ ὁδηγὸς τῶν τυφλῶν.* Vasto Aristophaneorum scholiorum in mari Apollodori librorum frustula non pauca nant.[1])

Athenaei libros refertos esse Apollodoreis inter viros doctos dudum constat; ea autem, quae legimus p. 561 sqq., ad eum referenda esse cum doctrina eximia et singularem in modum cumulata — nam e tanta scriptorum, qui apud Athenaeum citantur, copia, *Ἐρξίας ἐν Κολοφωνιακοῖς* non nisi hic occurrit, scimus autem illum in deliciis habuisse uti talibus scriptoribus, qui non in omnium erant manibus — tum memoria Sosicratis probatur, quem illum adhibuisse e Strabone (X p. 475 = FHG IV p. 500) constat. Consentiunt autem cum Cornuto p. 25, 22 sqq. Athenaei haec (p. 561 d): *ὅτι δὲ καὶ οἱ τούτου (Ζήνωνος) πρεσβύτεροι κατὰ φιλοσοφίαν σεμνόν τινα τὸν Ἔρωτα καὶ παντὸς αἰσχροῦ κεχωρισμένον ᾔδεσαν, δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ τὰ γυμνάσια αὐτὸν συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ, τῷ μὲν λόγου, τῷ δ' ἀλκῆς προεστῶτι· ὧν ἑνωθέντων φιλία τε καὶ ὁμόνοια γεννᾶται, δι' ὧν ἡ καλλίστη ἐλευθερία τοῖς ταῦτα μετιοῦσιν συναύξεται.*

Idcirco statuendum est totam Cornuti de Mercurio disputationem Apollodori ex opere desumptam esse.

Hinc si Cornuti libellum perscrutari pergimus, longo intervallo interiecto in Vulcani et Minervae enarratione Apollodoreae doctrinae vestigia deprehendimus. Hefermehl l. l. p. 22 Apollodorum in deorum, qui apud poetas occurrunt, notione definienda ita distinxisse docuit, ut modo intellegeret ipsum *θεόν*, modo *δυνάμεις τινάς, ὧν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσι,* sive *στοιχεῖα*, quae ratio optime illustratur illo fragmento apud Stephanum Byzant. s. v. *Ἄρειος πάγος* servato (= fr. 6 M.): *ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐνάτῳ. ἐν ᾧ φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον, διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ σιδήρου γιγνομένας μι-*

---

[1]) De scholiis ad Lysistr. cf. G. Stein, Scholia in Aristoph. Lysistr., Dissert. Götting. 1891.

*αιφονίας*. Unde profectus vir doctus allegoriarum apud Corn. p. 34 et Heracl. p. 90 obviarum, quibus quod Homerus de Marte et Venere in adulterio prehensis narrat, explicatur, originem Apollodoream perspexit; et accedit Porphyrii testimonium gravissimum (II p. 76, 75 Schr.). Sed Heraclitus huius narrationis duas exhibet interpretationes, quarum altera Empedoclis doctrinae elementa iam ab Homero adumbrata esse demonstratur, altera cum Cornuto consentit.[1]) Harmoniae autem Veneris filiae explanatio illi inserta est, quare non mirum est, quod non cum Cornutiana congruit.[2]) Quae cum artissime cum praecedenti cohaereat, non dubium est, quin ex eodem fonte manaverit.[2]) Sed Cornutus et Heraclitus in iis quoque consentiunt, quibus, quid valeat Vulcani epitheton *χωλός*, ex ignis terrestris natura expeditur: cf. Corn. p. 33, 12—22, Heracl. p. 40, 6—41, 16.[3]) Profecto nos hic Apollodorum deprehendere probatur Porphyrii congruentia (ap. Euseb. P. E. III 11, 23), quem iam Börtzler cum Cornuto contulit.

Insequentia, quibus fabula Minervae e Iovis capite ortae exponitur, plus minus omnia meram Stoicorum doctrinam redolent, etenim Cornutus per Minervae numen nihil significari nisi providentiam contendit;[4]) tamen sunt, quae suadeant, ut eum hic quoque non e Stoicorum libris sed ex Apollodori opere pendere statuamus. In allegoria Vulcani, qui Iovis Minervam enitentis caput percussisse perhibetur, eiusdem, quae prae-

---

[1]) Utraque interpretatio apud Eustathium p. 1597, 48 sqq. recurrit. Postquam altera explicata breviterque allegoria, quae etiam Demo placuerit, tacta est, Eustathius pergit: (62) *ἄλλοι δὲ, ἁπλούστερον ἐπιβάλλοντες, Ἀφροδίτην νοοῦσι τὴν χάριν … μετέχει δὲ δή τινος τοιαύτης χάριτος καὶ σίδηρος ἐκ τοῦ ὁμιλεῖν πυρὶ, εἰ καὶ ἐπ' ὀλίγον καὶ ἀμυδρᾶς. διὸ καὶ λάθρα καὶ ὡς εἰπεῖν, μοιχικῶς τῇ τοῦ Ἡφαίστου Ἀφροδίτῃ Ἄρης ὅ ἐστι σίδηρος σύνεστι, ὑποκλέπτων τὴν ἐκεῖθεν χάριν.*

[2]) A Cornuto Harmonia non ad universi concentum refertur.

[3]) Maass, Aratea p. 177 hoc caput una cum insequenti falso Crateti tribuit. Cf. etiam Reinhardt l. l. p. 64 adn. 1. — Ab Heraclito non respicitur Vulcanum ab Hesiodo perhiberi a Iunone sola generatum esse. Ridicule autem ab eo immutata est allegoria Vulcani de caelo deiecti. — Cornutus unde hauserit, quae p. 33, 22—34, 3 leguntur, nescio.

[4]) Cf. Chrysippum ap. Galenum de plac. Hipp. et Plat. III 8 p. 318 M. Diogen. fr. 33 Arn.

cedentibus subest, rationis vestigium inest: cf. p. 35, 2 *τὸ γὰρ πῦρ, ᾧ χρῶνται αἱ τέχναι* — p. 34, 8 *ὡς γὰρ χάριν φαμὲν ἔχειν τὰ τεχνικὰ ἔργα.* Vel ideo probabile est eius fontem eundem esse atque illarum; sed accedit aliud momentum: catalogus exstat a Münzelio Qu. m. p. 10 sqq. recte Apollodoro vindicatus, quo variae ortus Minervae fabulae earumque auctores percensentur. Cui similis est a Münzelio eidem fonti tributus, quo, quae de Panis ortu variant auctores, enarrantur: huic agglutinata est Panis notionis allegoria prorsus Stoicorum e mente dicta, quam Cornutus, apud quem illius catalogi ne vestigium quidem invenitur, excerpsit. Inde nonne verisimillimum est illum Minervae ortus fabularum catalogum exceptum fuisse ab allegoria eadem, quae apud Cornutum legitur? Sed interpretandi ratio iis, quae apud eum sequuntur, ita invertitur, ut Minerva, quae antea intellegebatur hominum sollertium *ἀγχίνοια* (cf. p. 33, 10. 35, 4), ad Iovis ipsius providentiam et mentem referatur: *ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἐστιν ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις.* Verum tamen alterius rationis vestigium latet in his: *τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐνταῦθ' εἶναι.* Quare suspicor Cornutum ipsum has allegorias perturbasse; ex alio autem fonte, quem investigare non licet, hausit p. 35, 17—19 (cf. p. 36, 5—7). Sed lineamenta explicationum videntur Apollodorea esse: consentire enim cum Cornuto Heraclitum p. 29, 18—30, 8 a viris doctis dudum observatum est. Apollodorum utrique subesse Panzer, De Mythographo Homerico restituendo, dissert. Gryph. 1892 p. 66 sq. pronuntiavit.[1]) Etiam hic optimus testis nobis succurrit Porphyrius, qui haec hariolatur (Euseb. P. E. III 11, 31): *ὅπερ δὲ Ἀπόλλων ἐν ἡλίῳ, τοῦτο Ἀθηνᾶ ἐν σελήνῃ· ἔστι γὰρ τῆς φρονήσεως σύμβολον, Ἀθρηνᾶ τις οὖσα.*[2]) Haec etymologia, quam Cornutus

---

[1]) Non debuit niti subscriptione scholii *A* 195 hac: *ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀπολλοδώρῳ.* Continetur hoc scholio explicatio satis nugatoria, cui adnectitur mera fabulae narratio, cuius similis in Apollodori bibliotheca (I 3, 6 p. 10, 25 sqq. Wagn.) legitur. Et re vera a scholiasta ipso tale compendium significatur his: *εὐλόγως καὶ οἱ μυθογράφοι φασίν*: nusquam grammaticus Atheniensis *μυθογράφος* audit. Taceo scholio ad *ψ* 198 (de quo supra) subscribi . . . *παρὰ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ.*

[2]) Cf. Macrob. S. I 17, 70. Unde Cornutus cetera, quae profert verilo-

Heraclitus Porphyrius proferunt, a Chrysippo excogitata (cf. Diogen. fr. 33 Arn.) apud Eustathium legitur illa in ecloga, quam Münzel l. l. p. 32 Apollodoro tribuit (cf. supra). Initium autem huius eclogae congruit cum Cornutianis, quibus de Minervae visu terribili et beluis eius sacris disseritur.

Insequitur apud Cornutum ampla Minervae cognominum series, cuius in originem cum inquirimus proficiscendum est a scholio Ven. *BD ad E 422 = Et. M. p. 546, 15, quod Reinhardt p. 84 sqq. ad Apollodorum, qui Stoicorum theologiam ad Aristarchi disciplinae regulas exigat, vel propter Cornuti similitudinem revocandum esse iure contendit. Num hanc eclogam recte Porphyrio tribuerit, in dubium vocari potest. Nam inter eius prima verba et prooemium codicis Vaticani (p. 281, 8 Schr.) non ea intercedit necessitudo, e qua quid pro certo concludi possit. Neque vero verba arrogantiae plena *τὸ ἐπίθετον τῆς Ἀφροδίτης, ὅ οὐκ ἐνόησαν οἱ πρὸ ἡμῶν τί σημαίνει*, quae Apollodoro adscribi nequeunt, Porphyrii in mores et indolem quadrant. Eo perducor, ut hanc eclogam Apioni vindicandam esse suspicer. Sed cum Apollodori doctrinam hic latere satis certe constet, minus refert, quis proximus auctor ducendus sit. Adnotavit Reinhardt congruere Cornutum p. 38, 10 cum scholii his: *ἐπεί τοι καὶ Ἀλαλκομενηῒς Ἀθήνη παρὰ τοῖς εὖ λογιζομένοις ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, ἡ ἀπαλάλκουσα τῷ ἰδίῳ μένει τοὺς ἐναντίους.* Paene verbotenus cum his concinit Ap. Soph. p. 22, 7 Bekk.: *ἀλαλκομενηῒς ἡ τῷ ἰδίῳ μένει ἀπαλάξουσα τοὺς ἐναντίους. οἱ δὲ καὶ ἀπὸ Ἀλαλκομενηΐου τόπου τινός* (cf. Eust. p. 439, 30). Et mirum quantus est Cornuti et Apionis apud Ap. Soph. consensus in aliorum quoque deae cognominum interpretatione. Fontem communem esse Apollodorum iamiam omnes habet veri numeros. Sed perlustres quaeso haec:

| | |
|---|---|
| Ap. Soph. p. 154, 21 Bekk.: *Τριτογένεια ἐπίθετον Ἀθηνᾶς, ἀπὸ τοῦ τρεῖν ἐγγενᾶν τοῖς πολεμίοις.* | Corn. p. 37, 11: *Τριτογένεια δέ, ὅτι ἡ τοῖς κακοῖς ἐγγενῶσα τὸ τρεῖν καὶ τρέμειν αὕτη ἐστίν.* |

---

quia, deprompserit non dissimilia Eustathii his: *Ἀθήνη δὲ μυθικῶς μὲν Διὸς θυγάτηρ, οἱονεὶ ἀθήλη τις οὖσα, ὡς μὴ θηλάζουσα,* in incerto relinquo.

*οἱ δὲ ὅτι ἐπὶ τῆς Τρίτωνος λίμνης ἐγεννήθη. οἱ δὲ ὅτι ἐπὶ τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ.* Cf. Hesych. s. v. *Τριτογένεια* et *Τριτογενής*.

Explicatio insequens, quam Cornutus impugnat, quod spinosior et artificiosior sit neque veterum temporum simplici ingenio conveniat, a Chrysippo originem ducit: cf. Philod. *περὶ εὐσ.* 15 (= Diogen. fr. 33 Arn.). Neque dubito, quin ea verba non a Cornuto ipso addita sint: tale iudicium decet Apollodorum.

Pergo comparare:

Ap. Soph. p. 107, 3: *Λαοσσόος ἡ τοὺς λαοὺς σοοῦσα, ὅ ἐστι σοβοῦσα καὶ ἐπὶ πόλεμον ὁρμῶσα. ὁ δὲ Ἀπίων ἡ τοὺς λαοὺς σώζουσα.*

Ap. Soph. p. 126, 29: *Παλλάς ἐπίθετον ἴδιον Ἀθηνᾶς, ὡς μὲν Ἀπίων, ἀπὸ τοῦ παίειν τοὺς λαούς, ἢ ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, ἢ ἀπὸ τοῦ πάλλειν κατὰ τὴν ἡλικίαν· παρθένος γάρ ἐστιν, ὅθεν καὶ ὁ πάλλαξ ὠνόμασται. ἔνιοι δὲ ὅτι Πάλλαντα ἀνεῖλεν, ἕνα τῶν Γιγάντων· τοῦτο δὲ οὐκ ἄν τις ἐξ Ὁμήρου παραστήσειε.*

Corn. p. 37, 17: *Λαοσσόον δὲ αὐτὴν ἐπονομάζουσι διὰ τὸ σεύειν ἐν ταῖς μάχαις τοὺς λαούς ... ἢ μᾶλλον διὰ τὸ σώτειραν αὐτὴν λαῶν εἶναι.*

Corn. p. 38, 2: *Παλλὰς δὲ λέγεται διὰ τὴν μεμυθευμένην περὶ αὐτὴν νεότητα, ἀφ᾽ οὗ καὶ οἱ πάλληκες καὶ παλλακαὶ προσαγορεύονται· σκιρτητικὸν γὰρ καὶ παλλόμενον τὸ νέον.*[1])

Ceteras quoque cognominum explicationes per se patet ex eodem fonte manavisse, et alia accedunt testimonia: nam cum Cornuti cognominis *Ἀτρυτώνη* veriloquio concinit Eustathius p. 1517, 6 (ad *δ* 762): *Ἀτρυτώνη δὲ Ἀθηνᾶ, ἡ ἄτρυτος, ὅ ἐστιν ἀτειρής· ὡς ἀπὸ τοῦ τρέω, τρῶ, ἐξ οὗ καὶ τὸ τείρω καὶ τὸ τρύω.* Rara vero epitheta, quae p. 39, 6—8 congerit, non nisi ex docto quodam opere agnoscere potuit, in quo etiam reconditiores res pertractabantur;[2]) quaeque his de Victoria subiuncta sunt, ea quoque videntur Apollodoro deberi. Cum veriloquio vocis *Νίκη* concinit, quod in cod. Tisch. 17 = Reitzen-

---

[1]) Cf. Eust. p. 84, 35. Strabo 18, p. 816.

[2]) *ἱππία* apud Pindarum legitur Ol. XIII 82; *δαμάσιππος* in versibus Lamproclis a Phrynicho relatis (schol. Arist. Nub. v. 967, cf. schol. Aristid. III p. 538). *δορικέντωρ* non nisi e Cornuto notum est.

stein Gesch. Griech. Etymol. p. 309 scriptum invenitur: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ τοῦ Ἀρχιβίου φησὶν ὃ ἐνὶ εἴκει τουτέστιν ἐνὶ ὑποχωρεῖ· . . . ὁ γὰρ Σιμωνίδης παρετυμολογεῖ αὐτό· φησὶ γὰρ „ἐνὶ δ' οἴῳ εἴκει θεὰ μέγαν εἰς δίφρον* (fr. 64 Hill.)“ [1]) (ex Herodiano cf. Reitzenstein l. l.). Apollonium autem cum Apionem, eius discipulum Apollodori doctrinam in usum suum vertisse constet, ipsum eius volumina agnovisse valde probabile est. Quare Apollodorum hoc veriloquium amplexum esse verisimile est. Totam igitur cognominum seriem exceptis iis, quae sub finem adduntur (p. 39, 12 sqq.), Cornutus Apollodoro debet. Sed etiam quae ei p. 38, 16 sqq. immixta sunt, illius ex opere deprompta esse statuendum est, cum, quae p. 38, 21 leguntur, concinant cum olivae Jovis sacrae explanatione p. 10, 18.

Etiam in iis, quae Cornutus de Marte disserit, Apollodori vestigia iam detecta sunt. Prolusit hac in re optime Eduardus Schwartz l. l., quem secutus est Hefermehl, qui p. 41 adn. 11 suo iure, quae Corn. 40, 20 Clem. Alex. Protr. p. 22, 16 sqq. St. Lydus de mens. p. 91, 17 proferunt inter se congruentia, Apollodoro vindicavit. Etymologia autem, quam Cornutus p. 41, 1 (*ἢ ἀπὸ τῆς ἀρῆς, ἥ ἐστι βλάβη*) exhibet cum Heraclito et Eustathio concinit: cf. Heracl. p. 46, 3 *Ὁμοίως δ' ὁ Ἄρης οὐδέν ἐστιν ἄλλο πλὴν ὁ πόλεμος, παρὰ τὴν ἀρὴν ὠνομασμένος, ἥπερ ἐστὶ βλάβη.* Eust. p. 32, 29 *καὶ ὁ Ἄρης δὲ ἀπὸ τοῦ βλάπτειν ὀνομασθῆναι δοκεῖ, ἐπεὶ καὶ βροτολοιγὸς ὁ αὐτός. τινὲς μέντοι ἐκ τοῦ ἀπολύειν παράγουσι τὸ Ἀπόλλων* (cf. Corn. p. 66, 3). Neque est, cur tertiam nominis Martis notationem Cornutum aliunde petisse aut ipsum commentum esse censeamus: nam talem e contrario derivandi rationem, ubicumque eius in libello occurrit, Apollodoro deberi valde probabile est cf. p. 5, 4. 65, 18 (ubi fons Macrobii S. I 17 consensu constat) 69, 17, 18. 74, 19. Idcirco etiam alteram vocis *Ἐνυώ* etymologiam illi vindicandam esse patet; de priore autem minus certe indicare licet; neque enim veriloquium id consentit, quo illum usum esse ex fragmento eius nomine signato scimus (Eust. p. 524, 15 (ad E 77) *ἀλλὰ τὴν πολεμικὴν δηλοῖ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ Ἐνυάλιος· ἢ καὶ διότι*

---

[1]) Cf. Eust. p. 662, 34.

[2]) Cf. Et. M. p. 140, 16. Orion. p. 16.

*ἀπὸ τοῦ ἐναύειν γίνεται κατὰ Ἀπολλόδωρον, ὅ ἐστιν ἐμφωνεῖν*). Aut Cornutus veriloquium, quod profert, ipse excogitavit aut, quod probabilius est, Apollodorus, ut adsolebat, complures praebuit etymologias, e quibus alius aliam servavit[1]) (cf. quod supra de vocis *ἀλάστορες* notatione dixi). Cognominum vero series ut in antecedentibus capitibus, sic hic Apollodoreae est originis. Consentiunt enim cum Cornuto Apollonius Sophistes et Eustathius:

| | |
|---|---|
| Ap. Soph. p. 53, 4 Bekk.: *βροτολοιγὸς ὁ Ἄρης ὁ διὰ τὸ φονεύειν τὸν ὄλεθρον ἐπιφέρων· βρότος γὰρ ὁ φόνος. ἢ ὁ τοὺς βροτοὺς ὀλοθρεύων*, p. 53, 9: *βριήπυος μεγαλόφωνος.* | Corn. p. 41, 6: *εἰκότως δὲ καὶ μιαίφονος λέγεται καὶ βροτολοιγός, καὶ ἀλαλάξιος.* |
| Eust. p. 944, 61 (ad IV 521): *ἄλλως δὲ βριήπυος λέγεται διὰ τὰς ἐν μάχῃ βοάς, ὅθεν καὶ βοὰ καὶ φύλοπις καὶ αὐτὴ ὁ πόλεμος λέγεται.* | *καὶ βριήπυος, μεγίστης ἐν ταῖς παρατάξεσιν ὑπὸ τῶν μαχομένων ἀφιεμένης φωνῆς . . .* |

Cum cognominis *βριήπυος* interpretatione victimarum, quae Marti debentur, enarratio verbis *ὅθεν καί* . . . copulata est: Apollodorum fontem esse Schwartz l. l. propter fragmenti 13 congruentiam statuit.

Accedimus nunc ad eas libelli partes, quibus praecipue Apollodoream doctrinam meram servatam esse viris doctis iam probatum est.

Interpretationem Neptuni cognominis *ἵππιος*, quae apud Cornutum p. 43, 19 sqq. exstat, Wentzel *Ἐπικλ.* VII p. 42 inde, quod Hesychius[2]) concinit, Apollodoro deberi coniecit. Hefermehl[3]) vero (p. 6 adn. p. 13, 16) Cornutiana p. 42, 1 sqq., quibus eadem interpretandi ratio subest atque Porphyrio et Macrobio, quocum consentiunt scholia Genevensia ad *Φ*, suo iure illi vindicavit.

---

[1]) Similis Cornuti interpretatio legitur *Διαφ. ἐκλ.* p. 434, 1: *Ἐνύω* (sic!): *ἀπὸ τοῦ ἐνίειν τοῖς πολεμίοις τὴν μάχην, ὅθεν ὑσμίνη.* Hoc veriloquium cum Apollodori coniunctum in Et. M. exhibetur p. 345, 53.

[2]) Cum Cornuti vocis *εὐρύστερνος* interpretatione cf. Hesych. s. v. *εὐρύστερνος· ὁ μεγάλα στήθη ἔχων.*

[3]) Rationem terrae motus explicandi non esse Posidonianam, sed medium tenere locum inter eam, quae Aristoteli et eam, quae Posidonio placuerit, Sudhaus, Aetna p. 56 docet.

Atque quod Hefermehl statuit, novo fragmento a Reinhardtio ex Eustathio recuperato (p. 91) stabilitum est, quocum comparavit Corn. p. 41, 22. 43, 19. 44, 20. 44, 11. Sed alius quoque inter Eustathium et Cornutum intercedit consensus, eadem enim ratione usus uterque exponit, quae victimae Neptuno immolandae sint. Conferas quaeso haec:

Eust. p. 1676, 34 (ad λ 130): Ἀρνειὸς δὲ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐῤῥέθη, θύεται Ποσειδῶνι διὰ τὸ πρᾶον τῆς θαλάσσης ὅτε ἠρέμα πορφύρει γαλήνιον, ταῦρος δὲ διὰ τὸ κατὰ σφοδρότητα κινήσεως πληκτικὸν, ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ μυκητικὸν καὶ διὰ τὰς ἐν τῷ ὕδατι δὲ καμπτὰς δίκην κεράτων ... Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τοιαύτη θυσία τριττύα λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οἳ τριττύαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζῴων θυσίαν, οἷον, δύων μήλων καὶ βοός, ὡς Ἐπίχαρμος [Kaibel fr. 187], ἢ βοὸς καὶ αἰγὸς καὶ προβάτου, ἢ κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου.

Corn. p. 42, 8: εὐλόγως δὲ ὑπό τινων καὶ μυκητὰς εἴρηται τῆς θαλάττης τινὰ τοιοῦτον ἦχον ἀποτελούσης, ἀφ' οὗ καὶ ἠχήεσσα καὶ ἀγάστονος καὶ πολύφλοισβος λέγεται· ἐντεῦθεν δὲ ἔδοξαν καὶ οἱ ταῦροι αὐτῷ προσήκειν, καὶ θύουσιν αὐτῷ ταύρους παμμέλανας διὰ τὴν χροιὰν τοῦ πελάγους, καὶ ἐπεὶ ἄλλως τὸ ὕδωρ μέλαν εἶναι λέγουσιν, εὐλόγως ἤδη κυανοχαίτου αὐτοῦ εἰρημένου καὶ ἐν ἐσθῆτι εἰσαγομένου τοιαύτῃ· τούτου δ' ἕνεκεν καὶ τοὺς ποταμοὺς κερασφόρους καὶ ταυρωποὺς ἀναπλάττουσιν, ὡσὰν βιαιόν τι τῆς φορᾶς αὐτῶν καὶ μυκητικὸν ἐχούσης.

Etiam Epicharmi memoria hac in litterarum provincia obvia indicio est Apollodori doctrinae. Ilico addo haec:

Eust. p. 1554, 41 (ad ζ 125): Ὅτι αἰνιττόμενος ὁ ποιητὴς νύμφας εἶναι ἀλληγορικῶς τὰς περὶ γῆν φυσικὰς δυνάμεις τὰς τῶν φυτῶν αὐξητικὰς ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἐῤῥέθη, φησίν. κουράων νυμφάων αἳ ἔχουσ' ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα, καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ πίσεα ποιήεντα (ζ 123 sq.) . . . Κοῦραι δὲ κατὰ τὸν ποιητὴν αἱρεθεῖσαι νύμφαι διὰ τὸ ἀεὶ νεάζειν κατὰ φύσιν καὶ μὴ γηρᾶν. διὸ καὶ νύμφαι αἱ αὐταὶ καλοῦνται, διὰ τὸ ἀεὶ νέον· ἢ κατὰ τὸ νῦν φαίνεσθαι ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐδηλώθη.

Corn. p. 44, 3: λέγεται δὲ παρά τισι καὶ νυμφαγέτης καὶ κρηνοῦχος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας· νύμφαι γάρ εἰσιν αἱ τῶν ποτίμων ὑδάτων πηγαί, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ νέαι φαίνεσθαι ἢ ἀπὸ τοῦ φαίνειν οὕτως ὠνομασμέναι. τὰς δὲ γαμουμένας νύμφας καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι κρυπτομένας τέως.

In iis autem, quae Cornutus de Amphitrita et Tritone disserit, quamquam ea ipse cum vocis τρίαινα veriloquio conexit, ea adhibetur ratio, qua Apollodorum usum esse scimus (cf. Hefermehl p. 16); nam nominum interpretatio et Tritonis figurae allegoria ad aquae naturam referuntur. Idem autem etymum, quod apud Cornutum legimus, occurrit apud Herodianum (II p. 475, 11 L.): *Ἀμφιτρίτη ἡ θάλασσα*[1] ... *εἴρηται παρὰ τὸ ῥεῖν ἢ παρὰ τὸ τρεῖν. φόβον γὰρ ἐμποιεῖ τοῖς πλέουσιν, ὥς φησι Δίδυμος.* Amborum, quae proferuntur etymorum, fontem proximum esse Didymum veri est simillimum, quod velim mente teneamus nunc illud veriloquium, quod apud Cornutum p. 4, 12 legitur, auctori reddituri. Idem obvium est non solum apud Heraclitum cap. VII sub finem, sed id quod gravioris momenti est, una cum vocis *Ἄρης* etymologia ab Hefermehlio Apollodoro vindicata legitur apud Clem. Alex. Protr. I p. 49, 10 St. *τί γάρ ἐστί ποτε ὁ Ποσειδῶν ἢ ὑγρά τις οὐσία ἐκ τῆς πόσεως ὀνοματοποιουμένη; ὥσπερ ἀμέλει ὁ πόλεμος Ἄρης ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως κεκλημένος.* Eandem etymologiam etiam Didymus amplexus est: *Ποσειδῶν· οὕτω Δίδυμος*[2] *καὶ Τρύφων ἀπὸ τῆς πόσεως. Ἀλεξίων δὲ καὶ Ἀπολλώνιος* (de quo vide supra) *διὰ τοῦ παρὰ τὴν ποσὶν δοτικήν* (Did. fr. p. 338, 4 Schm.). Ea quoque, quae de Neptuni progenie de Nereo eiusque filia disseruntur, ex Apollodoro videntur pendere (cf. Hefermehl p. 16, Reinhardt p. 91).

Atque etiam caput insequens, quod est de Venere, Cornutus eodem e fonte hausit; sed iuvat singula examinare. Statim nobis recurrendum est ad illam eclogam a Reinhardtio p. 84 Apollodoro tributam, consentit enim ratio ad cognomina deorum interpretanda hic adhibita prorsus cum Cornuto, qua de re Reinhardt haec ad verba ... *καὶ τὴν φιλομειδῆ, ὅτι „μηδέων ἐξεφαάνθη“. Ὅμηρος δ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ τὴν μειδιάματα φιλοῦσαν, οἷον ἱλαράν* Cornuti p. 45, 10 et 3 et ad cognominis *Κυθέρεια* interpretationem Cornuti p. 45, 15 sqq. consensum adnotavit.[3])

---

[1]) Cf. Hesych. s. v. *Ἀμφιτρίτη*.

[2]) De quo cf. Münzel de Ap. p. 18; Qu. m. p. 17.

[3]) Cum his *ἔστι γοῦν κατὰ συγκοπὴν εἰρημένον κνόπρις, ἡ τὸ κύειν πορίζουσα* (Reinhardt p. 84) confer Ap. Soph. p. 106, 1: *Κύπρις ἐπίθετον Ἀφροδίτης ... ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τὸ κύειν πορίσκειν, ὅ ἐστιν ἐκ τῆς συνουσίας.*

Similia cognominum *Κυθέρεια* et *Κύπρις* veriloquia Euripidis memoria addita, qui etiam a Cornuto testis assumptus est, in scholiis ad Hesiodi Theogon. vv. 191 et 196 et apud Lydum de mens. p. 116 exstant, ubi Chrysippus citatur (Flach, Glossen u. Schol. p. 54). Scholiastae et Lydi auctores utrum Apollodori ex opere an e compendio quodam Stoico hauserint, in dubio relinquendum est; verum tamen cogitari potest illum nonnulla veriloquia una cum Euripidis testimonio a Chrysippo recepisse. Et quod iam non aliter exspectamus, concinit cum Cornuto Eustathius: cf. p. 1600, 62 (ad ϑ 362) *διὰ τὸ ἐπαφᾶσθαι δὲ ἢ διὰ τὸ ἀπαφίσκειν ἤγουν ἀπατᾶν κατὰ τοὺς παλαιούς, τῇ Ἀφροδίτῃ ἀνεῖται ἡ Πάφος οἷα τοιουτόφωνος τῇ προσφορᾷ* cum Corn. p. 45, 20 sqq.[1])

Atque etiam, quae Cornutus de iis numinibus disserit, quae una cum Venere coluntur, eundem ad fontem revocanda esse probatur similitudine Plutarchi (Coniug. praec. p. 138 C): *οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν, ὡς τῆς περὶ τὸν γάμον ἡδονῆς μάλιστα λόγου δεομένης, τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς Χάριτας, ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι μηδὲ φιλονεικοῦντες.* De deae sacris hic quoque Cornutus, ut solet, disserit Apollodorum secutus: aliud fragmentum huius disputationis eius nomine designatum in schol. Ap. Rh. III v. 549 servatum est: *Ἀπολλόδωρός φησι ἐν τῷ ⟨ ⟩ περὶ θεῶν, ὅτι ἡ περιστερὰ ἱερὰ Ἀφροδίτης· διὸ καὶ λάγνον, παρὰ γὰρ τὸ περισσῶς ἐρᾶν λέγεται* (= fr. 19). In eiusdem vestigia ducimur etiam vocis *ἵμερος* veriloquiorum congruentia, quae leguntur apud Cornutum p. 47, 19 *καλεῖται δὲ καὶ Ἵμερος εἴτουν παρὰ τὸ ἵεσθαι καὶ φέρεσθαι ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ὡραίων ὠνομασμένος* et apud Seleucum (Reitzenstein, Gesch. Griech. Etym. p. 161, gl. 30) *Ἵμερος . . . τούτου χάριν καὶ ὁ Ἀλκαῖος* (fr. 13b B[4]) *Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτά φησιν. ἵμερος δὲ ἀπὸ τοῦ ἵεσθαι ⟨ἐν τῷ⟩ ποθεῖν . . .* (cf. Herod. II p. 413 L. Et. M. p. 470, 259); cuius glossae priorem quidem partem Hefermehl p. 30 adn. 7 comparatam cum Lydo p. 142, 4 originis esse Apollodoreae confirmavit. Neque si modo Reinhardt recte

---

[1]) Quae scholiasta ad Aristoph. Pacem v. 40 adnotavit, utrum ea communi e fonte an e Cornuti libro ipso hausta sint, diiudicari nequit.

disputavit de Apollodori veriloquiis, quae *παρηχήσεις* sunt, ei non convenire puto eam rationem, quam Cornutus p. 47, 21 sqq. (cf. p. 53, 8) adhibet e Stoicorum grammaticorum disciplina receptam, qui vocabula e sonorum similitudinibus interpretabantur (*κατὰ μίμησιν*).[1]) Videntur etiam Amoris statuae et insignium interpretationes, quae ad amoris vim et amantium mores referuntur, Apollodoro tribuendae esse.[2]) Eadem autem ratione usus Cornutus p. 47, 16—18 exponit, cur complures credantur Cupidines atque p. 73, 12—15 cur complures Lucinae, et cum insuper hic ille locus luculente designetur, in aperto est utrumque ex eodem fonte fluxisse; constat autem, quae de Diana et variis eius formis disseruntur, omnia ex Apollodori opere hausta esse.

Ea libelli parte, qua Cornutus complura numina universi symbola interpretatur, nunc omitto et ad id caput transeo, quo de Cerere iisque numinibus, quae cum ea coniuncta sunt, disserit. Non pauca, quae cum Porphyrio consentire iam Börtzler et Reinhardt perspexerunt, ex Apollodoro pendere patet (Corn. p. 62, 6—9 = Euseb. P. E. III 11, 15. Corn. p. 52, 14—53, 1, 18—20 = Euseb. P. E. III 11, 7. Corn. p. 54, 12—19. 55, 13 =16. Euseb. P. E. III 11, 15). Ac primum iis, quae viri docti contulerunt, liceat nonnulla addere. Cum nominis *Ἑστία* etymologia, quae a Cornuto p. 52, 8—9 exhibetur, iuvat comparare Bacchi matris interpretationem Apollodoream eadem ratione substructam: *φέρεται δὲ καί τις μῦθος περὶ αὐτοῦ κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον, ὡς εἴη γεγονὼς ἐκ Διὸς καὶ Γῆς, τῆς δὲ Γῆς Θεμέλης προσαγορευομένης διὰ τὸ εἰς αὐτὴν πάντα καταθεμελιοῦσθαι* (Lyd. de mens. p. 107).[3]) Cum iis autem, quae Cornutus dicit de diebus festis Cereris, quae *Χλόη* cognominatur, compares schol. Soph. O. C. v. 1600 *εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει· καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ*

---

[1]) Cf. Steinthal I p. 332 sqq.

[2]) Cf. Serv. ad Verg. Aen. I v. 663.

[3]) Cum nominis *Δηώ* interpretatione, quae apud Cornutum p. 52, 11—13 legitur, cf. schol. Lycophr. 621 *Δηὼ λέγεται ἡ Δήμητρα παρὰ τὸ δαίω τὸ μερίζω ἡ μεμερισμένη πᾶσιν.* Alterius explanationis a Cornuto p. 52, 13—14 prolatae similis invenitur Et. M. p. 263, 48, nisi quod hic nomen deae inde derivatur, quod homines deae filiam quaerenti *κατ' εὐφημισμὸν* dixerint *δήεις.*

*ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ*
*κριὸν χλόῃ Δήμητρι* (fr. VII Meineke).

*ἔνθα δηλοῦται ὅτι καὶ κριὸς θήλεια τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται, οὕτω δὲ τιμᾶται ⟨ἐκ⟩ τῆς κατὰ τῶν κήπων χλόης*·[1]) *θύουσί τε Θαργηλιῶνος ἕκτῃ*. (Cf. schol. Aristoph. Lys. v. 835, ubi Philochorus citatur, quem Apollodorum auctorem adhibuisse constat).

Reliquum est, ut cetera, quae perspicua sunt, Apollodori doctrinae vestigia colligam. In Vestae vi et notione definienda duae rationes confunduntur, quarum altera terrae aequiperatur, altera ei ignis vitalis et sempiternus tribuitur; neque tamen accedo coniecturae, quam Preuner (Hestia apud Rosch. M. L. I 2, 645) protulit, qui Romanorum deae, quae Vesta nominatur, vim a Cornuto similiter atque a Porphyrio significari suspicatur (cf. Porph. apud Euseb. III 11, 7 *καὶ τὸ μὲν ἡγεμονικὸν τῆς χθονίας δυνάμεως Ἑστία κέκληται, ἧς ἄγαλμα παρθενικὸν ἐφ' ἑστίας πυρὸς ἱδρυμένον*); immo pro certo habeo duas numinis notiones iam in fonte non diligenter fuisse discretas: id ut putemus, suadet etiam Hesychius s. v. *Ἑστία· πῦρ· καὶ γῆ. καὶ θεός.* De Triptolemo autem Cornutus simili ratione usus agit atque Philochorus (fr. 28 M). Hunc igitur Apollodorus, ut alias, hac quoque de re videtur secutus esse. Cum nominis *Ἐλευσίν* et Cereris cognominis *Ἐλευσινία*, quae indidem derivantur, veriloquiis similium nominum *Εἰλείθυια* sive *Ἐλευθώ* notatio p. 73, 7 sqq. exposita comparanda est (cf. p. 73, 9 *ἣν εὔχονται ἐλθεῖν* — p. 54, 10 *Ἐλευσινία ἀπὸ τῆς αὐτόθι πρῶτον ἐλεύσεως γενομένης τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀνθρώπινον ὄντως βίον*).[2]) Et optime quadrat illa cognominis *Ἐλευσινία* interpretatio ad eam rationem, qua Cornutus p. 56 Cereris, quae *θεσμοθέτις* cognominatur, notionem exponit. Insequentes allegoriae Cereris filiae a Plutone raptae similiumque fabularum, cum congruat Porphyrius, a Reinhardtio recte Apollodoro vin-

---

[1]) Cf. Usener, Götternamen p. 242: Das aufspriessen der saat besorgt Demeter *Χλόη Εὐχλόη* wie lat. Segesta.

[2]) Cf. Herodian II p. 499 L. Eust. p. 843, 59 sqq. (ad *Λ* 271). Toepffer, Attische Genealogie p. 221. Rutgers van der Loeff, De ludis Eleusiniis, dissert. Lugduni Bat. 1903, p. 34 sqq.

dicatae sunt; neque dubito Adonidis explanationem, quem Cornutus, ut antea *Κόρην* interpretatus est *τὴν μέχρι κόρου ὕλην τρέφεσθαι*, intellegit *Δημητριακὸν καρπόν* hominibus valde iucundum, eidem tribuere. Eandem rationem deprehendimus in Lydi de mens. his: *ἢ ὡς ἄλλοις δοκεῖ, Ἄδωνις μέν ἐστιν ὁ καρπός, Ἄρης δὲ ὁ σῦς· πολέμιον δὲ τὸ ζῷον τοῖς καρποῖς, ὥσπερ σωτήριος βοῦς* (p. 116, 6 W). Similis est allegoria Adonidis ab apro percussi, quam Cornutus adnectit; cum iis autem, quibus aper ipse in allegoriam cogitur, comparandus est Plutarchus (Quaest. conviv. IV p. 670): *τὴν δὲ ὗν ἀπὸ χρηστῆς αἰτίας τιμᾶσθαι λέγουσι· πρώτη γὰρ σχίσασα τῷ προὔχοντι τῆς ὀρυχῆς, ὥς φασι, τὴν γῆν ἴχνος ἀρόσεως ἔθηκε καὶ τὸ τῆς ὕνεως ὑφηγήσατο ἔργον· ὅθεν καὶ τοὔνομα γενέσθαι τῷ ἐργαλείῳ λέγουσιν ἀπὸ τῆς ὑός.* Deinde Cornutus mores ritusque quosdam et dies festos ad Cererem colendam institutos tangit. Hoc autem loco non solum, quae apud Apollodorum invenit, valde contraxit et decurtavit, sed ipsius verborum contextus foedissime corruptus est, ut quidnam velit, vix erui possit.[1]) Verum tamen recte iudicavit Rohde Rh. M. 25, p. 557: „dafs die *νηστεία* an das Fasten der Demeter selbst erinnern sollte, berichtet Corn. de nat. deor. p. 116 Os. (= 55, 10 L.) sicher nicht aus eigener Erfindung". Suspicor autem integris Cornuti verbis simile lectum fuisse ac quod Stephanus Byz. s. v. *Ἀρκάς* exhibet: *Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ περὶ Δήμητρός φησιν, ὅτι Ἀρκάδια τῇ Δήμητρι μέλλοντες θύειν ἄνθρωποι ταύτην γὰρ τὴν θυσίαν συνεστήσαντο μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον, ὅτι αὐτῆς ἐκ τῆς γῆς ἔμολεν ὁ καρπὸς εἰς τροφὴν καὶ σπόρον, καὶ οὕτω τὰ Ἀρκάδια τιμῆς χάριν.* Cum iis, quae Cornutus de Cerere,

---

[1]) Verbis *διὰ τοῦ πρὸς μίαν ἡμέραν ἀπέχεσθαι τῶν δεδομένων αὐτοῖς* videtur exponi, quomodo celebretur, verbis *κατ' εὐλάβειαν ἐνδείας*, quam ad fabulum sacram referatur dies sollemnis; quare crediderim etiam *ἢ*, quod ante *κατ' εὐλάβειαν* legitur, delendum esse. Quid vero verba velint *παρεισεληλυθότος τοῦ θεοῦ* non intellegitur: fortasse *τῆς θεοῦ* scribendum et cum voce *ἐνδείας* coniungendum est, *παρεισεληλυθότος* autem uteumque ad ea, quae sequuntur, referendum, etsi horum quoque de sensu non constat.

cui cognomen est *Χλόη*, explicat, arte cohaeret Pluti,[1]) Cereris filii, et versuum Hesiodi interpretatio, quam Apollodoro vindicare non dubito. Eorum, quae de sacris insequuntur, origo iam constat; liceat autem addere Arnobii (VII 22) haec: *Telluri, inquiunt, matri scrofa inciens immolatur et feta, at Minervae virgini virgo caeditur vitula,* quae consentiunt non solum cum Cornutianis p. 56, 6 sed etiam p. 38, 14—15 obviis. In cognominis *θεσμοθέτις* interpretatione,[2]) quae cum illa allegoria interno vinculo copulata est, Apollodori sermonis indicium deprehendimus p. 56, 19: notum enim est eum figuram *ἀντιθέσεως* in deliciis habuisse, qua aliorum sententiis refutatis, quod ipse censebat, opponebat. Simile autem interpretandi consilium atque apud Cornutum p. 56 adhibitum est in scholio ad Luciani Dial. meretr. II 1, quod primus Rohde Rh. M. 25 (1870) p. 549 edidit. Hic narratur, quomodo porci vivi in voraginem deiecti Cereri immolentur, quod die Thesmophoriorum eo, qui *νηστεία* appellabatur, factum esse verisimile est.[3]) Cuius caerimoniae causa ut exponatur, duae ineuntur viae: discernuntur enim *λόγος μυθικός*, secundum quem ad Eubulei, qui *συβώτης* putabatur, sues una cum Proserpina devoratos refertur, et *λόγος φυσικός*, quo priore sententia impugnata hac caerimonia terrae fecunditatem significari probatur, quae ratio scholiastae vel potius auctori, quem sequitur, magis placuisse videtur (cf. quod Carolus Robert Herm. 20 (1885), p. 371 disseruit). Ut planum fiat, quanta similitudo intercedat inter Cornutum et huius scholii posteriorem partem, exscribo haec: *λαμβάνουσι δὲ κώνου θαλλοὺς διὰ τὸ πολύγονον τοῦ φυτοῦ. ἐμβάλλονται δὲ καὶ εἰς τὰ μέγαρα οὕτως καλούμενα ἄδυτα ἐκεῖνά τε καὶ χοῖροι, ὡς ἤδη ἔφαμεν, καὶ αὐτοὶ διὰ τὸ πολύτοκον εἰς σύνθημα τῆς γενέσεως τῶν καρπῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς χαριστήρια τῇ Δήμητρι, ἐπειδὴ τὸν δημήτριον καρπὸν παρέχουσα ἐποίησεν ἥμερον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. ὁ μὲν οὖν ἄνω τῆς ἑορτῆς λόγος ὁ μυθικός·*

---

[1]) Similis allegoria Pluti a Iasio et Cerere oriundi legitur in schol. Hes. Theog. v. 971 et apud Diod. V 77, 2. De fontibus Diodori libri quinti cf. E. Schwartz, Diodor ap. P.-W. V 678 (contra Bethium, Herm. 24 (1889) p. 423 sqq.).

[2]) Cf. Serv. ad Verg. Aen. IV v. 58.

[3]) Cf. schol. Aristoph. Ran. v. 338.

*ὁ δὲ προκειμένος φυσικός· θεσμοφορία καλεῖται καθότι θεσμοφόρος ἡ Δημήτηρ κατονομάζεται, τιθεῖσα νόμον ἤτοι θεσμὸν καθ' οὓς τὴν τροφὴν πορίζεσθαι καὶ κατεργάζεσθαι ἀνθρώπους δέον.* Rohde l. l. huius scholii fontem proximum Didymum esse fortasse recte coniecit; sed si ad fontem primarium ascendere volumus, nescio an Apollodori libros deprehendamus. Nam gravissimi momenti est eodem ex fonte atque scholiastam Clementem Alex. (Protr. II 17) hausisse, id quod Rohde magna cum sagacitate perspexit. Qui cum aliis locis (ut Protr. II 29) tum maxime hac in disputatione de paganorum mysteriis Apollodorum sequi videtur, cum praesertim eum in vocabulo *μυστήρια* derivando et explicando citet.[1])

Restat, ut quam Cornutus addit vocis *μυστήρια* et Cereris, quae *Μυσία* cognominatur, explicationem, breviter tangam. Hefermehl p. 28, adn. 6 ad illud Apollodori fragmentum a Clemente servatum recte haec adnotavit: *voluit igitur μυθήρια: μυσήρια καὶ πλεονασμῷ τοῦ τ μυστήρια*; hac fere ratione usus Cornutus vocis *μυστήρια* et Cereris cognominis *Μυσία* notionem interpretatur: itaque hic quoque ab eo Apollodoreae doctrinae umbram quandam servatam esse censeo.[2])

Insequenti capite Themis et Horae, eius et Iovis filiae, perstringuntur, quarum nomina derivantur. Quae veriloquia Apollodoro deberi pro certo probari non potest, et ut hic illius doctrina lateat, valde a Cornuto minuta et attenuata est.[3])

Disputatio autem de Libero patre videtur Apollodoreis scatere. Sed cum Cornutum complures adisse fontes et, quae iis desumpserit, plerumque confudisse et commiscuisse persuasum habeam, difficile est enucleatu, quid Apollodoro tribuendum quidque ei abiudicandum sit.

---

[1]) Scriptores christianos doctrinam eam, quam apud eos de paganorum deis et sacris invenimus, magnam partem Apollodoro debere — aliis auctoribus intercedentibus — docet Geffcken, Zwei christl. Apologeten p. XVII, p. 160 sq. Cf. etiam Zucker, Spuren von Apollod. *π. θεῶν* bei christl. Schriftst. 1.—5. Jh. Nürnb. 1905.

[2]) Cf. nominis *Κόρη* etymologiam p. 52, 19 sq.

[3]) Cf. Et. M. p. 275, 52 *Δίκη: ἡ θεός· παρὰ τὸ διχάζειν καὶ διαλύειν τοὺς φιλονεικοῦντας καὶ δικαζομένους, δίχη καὶ δίκη.* p. 303, 38: *Εἰρήνη: . . . παρὰ τὸ εἴρω, τὸ λέγω·* Et. Gud. p. 473, 31 *παρὰ τὸ πολλοὺς ἀμᾶν . . . ἢ παρὰ τὸ πολλοὺς κόπτειν, καὶ ἀπολλύειν.*

Apollodori certum vestigium Hefermehl p. 29 adn. 7 detexit: nam cum Cornuti p. 61, 11 sqq. vocis *θρίαμβος* explicatio optime cum Lydo de mens. (p. 1, 5 sqq.) concineret et insuper accederet *Διαφ. λεξ.* p. 449, originem Apollodoream patere intellexit. Illum locum Cornutianum iam G. Wissowa l. l. p. 37 similitudines Cornuti et Macrobii adnotans cum Macrobii Saturnaliorum libri I capite XIX (4) conferri iussit; Corn. p. 60, 9 autem cum eiusdem capitis paragrapho 2 congruit.[1]) Hoc autem cum loco Cornutiano coniungenda sunt, quae p. 59, 12 sqq. leguntur (cf. supra p. 41); haec quoque Apollodorea esse, etiamsi fortasse eius doctrina obscurata est, probatur Cornuti Plutarchi Eustathii consensu:

| | |
|---|---|
| Eust. ad Dion. Perieg. v. 700 p. 235, 13 Bernh.: *αἱ δὲ Διονυσιακαὶ νεβρῖδες τὴν τῶν σταφυλῶν ἐν χροᾷ αἰνίττονται πολυείδειαν.* | Corn. p. 59, 15: *καὶ τὸ μὲν τῆς ἐσθῆτος ἀνθηρὸν παρίστησι τὴν ποικιλίαν τῆς ὀπώρας.* p. 60, 16: *τὰς δὲ παρδάλεις ὑποζευγνύουσι τῷ Διονύσῳ καὶ παρακολουθούσας εἰσάγουσιν ἤτοι διὰ τὸ ποικίλον τῆς χροιᾶς, ὡς καὶ νεβρίδα αὐτός τε περιῆπται καὶ αἱ Βάκχαι.* |
| Plut. p. 716 B.: *τοὐναντίον δ' οἱ παλαιοὶ τὸν θεὸν Ἐλευθερᾶ καὶ λύσιον ἐκάλουν* (cf. Corn. p. 58, 2) *καὶ μαντικῆς πολλὴν ἔχειν ἡγοῦντο μοῖραν, οὐ διὰ τὸ ʽτὸ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδεςʼ ὥσπερ Εὐριπίδης* (Bacch. v. 298) *εἶπεν, ἀλλ' ὅτι τὸ δουλοπρεπὲς καὶ περιδεὲς καὶ ἄπιστον ἐξαιρῶν καὶ ἀπολύων τῆς ψυχῆς ἀληθείᾳ καὶ παρρησίᾳ χρῆσθαι πρὸς ἀλλήλους δίδωσιν.* Cf. Strab. X 3, 9 (C 467): *ὅτε ἐνθουσιασμὸς ἐπίπνευσίν τινα ἔχειν δοκεῖ καὶ τῷ μαντικῷ πλησιάζειν.* | p. 59, 17: *ἡ δ' ἐν τοῖς πλείστοις τῶν πλασμάτων γυμνότης τὸν παρὰ τοὺς πότους γινόμενον ἀπαμφιασμὸν τοῦ τρόπου, καθὸ δοκεῖ καὶ τὸ ʽοἶνος καὶ ἀλήθειαʼ εἰρῆσθαι, τάχα διὰ τοῦτο καὶ μαντεῖα ἔσθ' ὅπου τοῦ Διονύσου ἔχοντος.* |

Videtur Apollodorus hanc interpretationem a Philochoro recepisse, qui quod hac de re censebat apud Athenaeum p. 37 e sqq. servatum est. Quamquam ampla illius disputatio verbotenus ex-

[1]) Ceteros locos consulto omitto, cum eorum similitudo non tanta sit.

scribitur, in primis propter Semi memoriam, quae saepenumero Apollodoro debetur,[1]) nescio an totum Athenaei locum Apollodori ex opere haustum esse statuendum sit: cf. cum Cornutianis supra exhibitis haec: *Φιλόχορος δέ φησιν* (FHG I 387) *ὅτι οἱ πίνοντες οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσιν οἵτινές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀνακαλύπτουσι παρρησίαν ἄγοντες. ὅθεν 'οἶνος καὶ ἀλήθεια'* (Alcaei fr. 57) *λέγεται καὶ 'ἀνδρὸς δ' ⟨οἶνος⟩ ἔδειξε νόον'* (Theogn. 500) *καὶ τὸ νικητήριον ἐν Διονύσου τρίπους.* Eandem fere rationem atque qua Liberi patris figura ad vini naturam et ebriorum mores refertur, supra in allegoria Cupidinis insignium observavimus. Similiter autem atque Bacchi nudi statuam Cornutus cognomen *διθύραμβος* interpretatur p. 61, 11—13 (cf. *καὶ ἐκφερομυθεῖν τὰ ἀπόρρητα ποιῶν*).[2])

Supra adnotavi Eustathii et Cornuti p. 60, 18 congruentiam; neque dubium est, quin omnia, quae de animalibus et plantis Bacchi sacris proferuntur, ex Apollodori opere desumpta sint.[3]) Quod optime probatur eo, quod Eustathius ap. Münzelium p. 33: *οὕτω καὶ ἄλλα τινά τισιν ἀνάκειται διὰ ὁμοίας αἰτίας οἷον Διονύσῳ κισσός· κισσητὸς γὰρ ὁ οἶνος, οὗ δοτὴρ ὁ Διόνυσος* concinit cum Corn. p. 62, 2 sqq. Huc accedit Plutarchi consensus (Quaest. conviv. III p. 648 E): *ὁ φίλτατος Διόνυσος οὐχ ὡς βοηθὸν ἐπὶ τὴν μέθην οὐδ' ὡς πολέμιον τῷ οἴνῳ τὸν κιττὸν ἐπήγαγεν· ὅς γε τὸν ἄκρατον ἄντικρυς 'μέθυ' καὶ 'μεθυμναῖον' αὐτὸς αὐτὸν ὠνόμασεν* . . . (F) *μάλιστα δ' αὐτὸς ὁ*

---

[1]) Cf. Athen. 618 e, ubi Apollodorea origo constat scholii Ap. Rh. I v. 972 et scholii Theocr. X v. 41 (= fr. 37) congruentia. Cf. Susemihl, Gesch. d. gr. Lit. i. d. Alex. Zeit I p. 698 adn. 324 b. Bapp, De fontibus, quibus Athen. usus sit, Leipz. St. VIII (1885) p. 99.

[2]) Quae sequuntur Apollodoro abiudicaverim: ea fortasse Cornutus ipse commentus est. Cf. schol. Ap. Rh. IV 1131. Et. Gud. p. 146.

[3]) Non satis constat de fonte eorum, quae Corn. p. 61, 4 sqq. de herba *νάρθηξ*, cui nomen est, exponit, quibuscum coniungenda videri, quae de thyrso p. 60, 1 sqq. explicat, supra dixi. Neque enim hanc sententiam, cum Cornutus non disertis verbis dicat ferulam Bacchi sacram esse, illi parti, qua dei sacra perstringuntur, tribuendam esse pro certo pronuntiari licet. Itaque etiamsi explicatio, quae p. 61, 7 exstat, non dissimilis sit picae illius sacrae allegoriae, haec commata Apollodoro vindicare non ausim.

*κόρυμβος ὄμφακι πυκνῷ καὶ περκάζοντι προσεοικώς, ἐκμεμίμηται τὴν τῆς ἀμπέλου διάθεσιν.* Neque cognominum veriloquia, quae hac in disputationis parte occurrunt, alio e fonte hausta aut a Cornuto ipso inventa sunt. Similia enim leguntur apud Eustathium (ad Dion. Perieg. v. 561 p. 216, 33 Bernh.): *ὁ δὲ Διόνυσος Εἰραφιώτης μὲν καλεῖται ἢ παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός, ἢ παρὰ τὸ ἔριν φαίνειν.*[1] *πατὴρ γὰρ ἔριδος οἶνος ὑπὲρ μέτρον πινόμενος. ἐρίβρομος δὲ καὶ ἐριβρεμέτης ἢ διὰ τὰς τῶν μεθυόντων κραυγάς, διὸ καὶ Βάκχος ὡς ἀπὸ τοῦ βάζειν λέγεται, προσληφθέντος τοῦ κ̄ στοιχείου διὰ πλείονα τραχύτητα φωνῆς,*[2] *ἢ διὰ τὸν βρόμον, ὃν ὁ γλευκάζων οἶνος ποιεῖ πνευματούμενος καὶ ζέων.* Apparet his cum interpretamentis collectionem cognominum, quae apud Cornutum p. 59, 2 exstat, coniungendam esse, cum eandem rationem ab Eustathio atque ab illo adhiberi quivis primo obtutu perspiciat. Idem fere spectant Athenaei, quorum proximus fons Seleucus[3]) videtur esse, haec (p. 363 b): *τὰς δ' εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφή, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὖ ἔχειν* (cf. *Διαφ. ἐκλ.* p. 448, 24). *εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὑτοὺς μεθιέντες τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον* (cf. Plut. l. l.) *καὶ Λυαῖον καὶ Εὔιον καὶ Ἰήιον προσηγόρευον, ὥσπερ καὶ τὸν μὴ σκυθρωπὸν καὶ σύννουν ἱλαρόν. διὸ καὶ τὸ δαιμόνιον ἵλεων ἠξίουν γίνεσθαι ἐπιφῶντες ἰὴ ἰή* (cf. schol. Aristoph. Aves v. 874, schol. Lysistr. v. 388). Bacchi comitum explicationes, quae illam dei cognominum collectionem sequuntur, Apollodori ex opere manavisse persuasum habeo; nam praeterquam quod veriloquium nominis *Σευΐδαι* cum cognominis Minervae *Λαοσσόος* interpretatione concinit (cf. p. 37, 18 *διὰ τὸ σεύευν ἐν ταῖς μάχαις τοὺς Λαούς* — p. 59, 9 *οἱ Σευΐδαι ἀπὸ τοῦ σεύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν*), praesto est testimonium Hesychii,

---

[1]) Negaverim Eustathium e Cornuto aut hunc ex illo corrigendum esse, nam potuit Apollodorus complura similia veriloquia proferre.

[2]) Hac de ratione cf. e. gr. Orion. s. v. *βράγχος· ὠνοματοπεποίηται ἡ λέξις οἷον κατὰ μίμησιν τῆς γινομένης αὐτῷ τραχύτητος ἐν τῇ φωνῇ.* Cohn, De Her. Pont. p. 86. — Cf. etiam Hesych. s. v. *βαβάκτης· ὀρχηστής. ὑμνῳδός. μανώδης. κραύγασος, ὅθεν καὶ Βάκχος.*

[3]) Reitzenstein, Gesch. Griech. Etymol. p. 171.

qui s. v. σοιδηύδεις adnotat: *βάκχαι. διὰ τὸ σεσοῆσθαι ἐν τῷ βακχεύειν. Σόος γὰρ ἡ ὁρμὴ καὶ φορά.*[1])

Cornutus p. 60, 20 sqq. duabus rationibus morem capri Baccho immolandi exponit: prior, quae p. 60, 20—24 explanatur, notissima et usitata est — cf. Ovid. Fast. I v. 350 sqq. — Didymo vero auctore addito recurrit in scholio ad Aristoph. Plut. v. 1129 (cf. Lyd. de mens. p. 174, 12; Suid. s. v. *ἀσκωλιασμός*); altera autem vere Apollodorea est: eadem enim usus grammaticus Atheniensis columbam Veneri convenire docuit (cf. supra p. 65). Cum iis autem, quae p. 61, 3—4 leguntur, iuvat comparare Apollodorea, quae p. 45, 12—15 exstant.

Revertor ad capitis initium, quo Cornutus complures Liberi patris nominis interpretationes praebet. Cum aliis in capitibus probatum sit in dei nominis explicationibus Apollodorea quaedam latere, ex his quoque nonnulla illum ad fontem recedunt. Similem sed ampliorem seriem complurium posteriorum scriptorum nominibus adscriptis Herodianus (II p. 492 L) exhibet (cf. Et. M. p. 277, 35 sqq., Et. Gud. p. 148). Qua e farragine quid Apollodoro tribuendum sit, etiamsi pro certo enucleari nequit, tamen verisimile puto esse derivationes, quas Cornutus p. 58, 2 et 58, 4 Herodiani similes profert, illi deberi.

Haec fere Cornutum de Libero patre disputantem Apollodori ex opere hausisse probabile est, cetera fortasse alio e fonte manaverunt, de quo infra erit amplior locus.

Totam vero de Apolline et Diana disputationem Apollodoreae esse originis Münzel et Hefermehl certissimis argumentis evicerunt, eodemque referenda esse, quae de Aesculapio disseruntur, propter Porphyrii (apud Euseb. P. E. III 11, 26) et Macrobii (S. I 20, 2) congruentiam constat.[2]) Itaque hac de re ne verbum quidem addo.

Neque vero silentio praetermittam memorabilem congruentiam intercedere inter haec Cornutiana et Apionem apud Apollonium Sophistam et Hesychium, qua quod supra de Apollodoro eius auctore disputavi, optime stabiliri potest.

---

[1]) Cf. Herod. II p. 579 Lentz. Aelian. v. h. III 40, p. 56 Herch. Usener, Göttern. p. 45. Pasparios, M. Rh. 49 (1894), p. 468.

[2]) De nominis veriloquio cf. U. de Wilamowitz, Isyllos p. 92 adn. 70.

Ap. Soph. p. 164, 10: *Φοῖβος ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. ὁ μὲν Αἰσχύλος ἀπὸ Φοίβης τῆς μητρὸς Λητοῦς· Ὅμηρος δὲ οὐδέποτε ἀπὸ μητέρων κοσμεῖ τινάς, μὴθ' ὅτι δὲ μάμμης. Φοῖβον οὖν ἐκδεκτέον ἀπὸ τοῦ φοιβᾶσθαι, ὅ ἐστι μαντεύεσθαι, ἢ καὶ βέλτιον, ὁ καθαρὸς καὶ ἀμίαντος.*

p. 19, 26: *ἀκερσεκόμης ἐπίθετον Ἀπόλλωνος· „Φοῖβος ἀκερσεκόμης ἡ δ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα", ἀπὸ τοῦ μὴ κείρεσθαι τὴν κόμην· ἀπενθὴς γὰρ ὁ θεός.* Cf. Hesych. s. v. *ἀκερσεκόμης.*

Corn. p. 66, 18: *μετὰ δὲ ταῦτα Φοῖβος μὲν λέγεται διὰ τὸ καθαρὸς εἶναι καὶ λαμπρός.*

p. 66, 19: *καὶ ἐπιθέτοις ἄλλοις εἰς αὐτὸν χρῶνται, χρυσοκόμαν καὶ ἀκειρεκόμαν προσαγορεύοντες, ἐπειδὴ χρυσωπός ἐστι καὶ ἔξω πένθους καθεστὼς διὰ τὴν ἁγνότητα.*

Et iuvat addere Apollonii et Macrobii consensum:

p. 90, 16: *ἤιος ὁ Ἀπόλλων, ἀπὸ τῆς τοξείας. ἔνιοι δὲ ψιλῶς ἀπὸ τῆς ἰάσεως· „ἤιε Φοῖβε".*

Cf. Corn. p. 69, 17.

S. I 17, 16: . . . *duo eademque cognomina circa singulos effectus propriis enuntiationibus signant appellantes deum Ἰήιον atque Παιᾶνα. Quae cognomina utrique effectui apta sunt, ut sit Ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι id est a sanando, et Παιὰν ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, et rursus Ἱήιος ἀπὸ τοῦ ἱέναι ab immitendo.*[1])

Paucis absolvere licet ea, quae Cornutus de Dite patre iisque, quae apud inferos creduntur esse, exponit; etenim Tartari fluminum interpretationes cum Apollodori fr. 10 et Heracliti capite 74 congruentes illius operi deberi consentaneum est. Quibuscum arte cohaerent, quae de lacu *ἄορνος λίμνη,* qui appellatur, Cornutus explicat; hac cum interpretatione invicem conexa sunt, quae de Ditis patris et Furiarum sacris arbustis disputantur (cf. Münzel p. 34). Interpretationum dei cognominum origo per se patet; et conferas quaeso haec:

Ap. Soph. p. 137, 25: *πυλάρταο κρατεροῖο. μίαν διάνοιαν αἱρετέον διὰ τῶν δύο λέξεων· βούλεται γὰρ λέγειν τοῦ τὰς πύλας ἐπαρ-*

Corn. p. 74, 16: *πυλάρτην δὲ αὐτὸν ὁ ποιητὴς προσηγόρευσεν ὡς ἀκριβῶς ἡρμοσμένας τὰς πύλας ἔχοντα καὶ μηδένα ἀνιέντα.*

[1]) Amplius fragmentum servatum est ab Herodiano II p. 524, 12.

*τῶντος ἰσχυρῶς, οἷον ἐφαρμόζοντος. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἅιδου τὸ τοιοῦτόν φησιν, ἐπεὶ τῶν ἀποθανόντων οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπογείων τόπων καθυποστρέψαι.*

Cum cognominum *εὔβουλος* et *εὐβουλεύς* interpretatione Cornutiana comparanda sunt, quae scholiasta eadem ratione usus ad Nic. Alexiph. v. 14 adnotavit: *Εὐβουλῆος δὲ τοῦ Ἅιδου κατ' εὐφημισμόν.*[1]) Eadem ratio subest nominis Charontis veriloquio a Cornuto priore loco exhibito. Iam supra monui tales explicationes in eius libello obvias Apollodoro tribuendas esse; accedit vero testimonium gravissimum Eustathii (p. 16, 32): *οἱ δὲ ἄλλως ἀσυναιρέτως τὸν Ἅιδην παράγοντες οὔτε τὸ ῑ ἐν τῇ ἀρχούσῃ προσγράφουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥδω φασὶ παραχθῆναι τὸν Ἅιδην κατὰ ἀντίφρασιν, ᾧ ἥδεται καὶ χαίρει οὐδείς·* (cf. Corn. p. 5, 4) *Καθ' ὃ καὶ Χάρων μυθολογεῖται πορθμεὺς ἐν Ἅιδου, ὡς ἀπὸ τοῦ χαίρειν.*[2])

Adhuc seposui explicationem eorum numinum, quae Cornutus universi mundi symbola interpretatur (p. 48, 5 sqq.). Sed latet hic quoque doctrina Apollodorea, etiamsi plus quam alibi cum alienis commixta vel potius ipsa alienis inserta. Münzel enim Qu. m. p. 10 sqq. catalogum eius ex opere haustum, quo Panis genealogiae recensentur, restituit et cum allegoriis, quae huic in scholio ad Theocr. I v. 3 et apud Servium ad Verg. Georg. I v. 16 adnectuntur, Cornutea p. 49 comparavit: inde constat origo Apollodorea. Etiam Porphyrium cum his aliqua e parte congruere Börtzler perspexit. Sed liceat mihi, quae viri docti comparaverunt, denuo comparare:

| Corn. p. 49, 4 sqq.: | Schol. Theocr. I v. 3: | Brevis expos. in Verg. Georg I v. 17. III p. 204 Thilo: |
|---|---|---|
| *Τοῦτον εἶναι καὶ τὸν Πᾶνα, ἐπειδὴ τῷ παντὶ ὁ αὐτός ἐστι.* | *οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι διὰ τοῦτο Πὰν καλεῖται, ὅτι τῆς ὥρας ἐστί, σημεῖον δὲ τοῦ παντός, ὅθεν κυρίως προσα-* | . . . *Apollodorus sine parentibus eum fingit, quoniam universum, id est τὸ πᾶν,* |

[1]) Cf. Kern, Ath. Mitt. XVI (1891), p. 12. Jessen, Eubuleus ap. P.-W. VI p. 864.

[2]) Cf. Serv. ad. Verg. Aen. VI 299: *Charon κατὰ ἀντίφρασιν quasi ἀχαίρων.*

| | | |
|---|---|---|
| p. 49, 18: *νεβρίδα δὲ ἢ παρδαλῆν αὐτὸν ἐνῆφθαι διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν ἄστρων καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων ἃ θεωρεῖται ἐν αὐτῷ.* p. 49, 6: *καὶ τὰ μὲν κάτω λάσια καὶ τραγώδη διὰ τὴν τῆς γῆς δασύτητα ἔχειν, τὰ δ' ἄνω ἀνθρωπόμορφα διὰ τὸ ἐν τῷ αἰθέρι τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου* (cf. p. 35, 12 sqq.[1]) p. 50, 1: *συρικτὴν δὲ εἶναι τάχα μὲν διὰ τὸ ὑπὸ παντοίων ἀνέμων διαπνεῖσθαι* (nugas, | *γορεύεται Πάν. συνοικειοῦται γὰρ ἡ μορφὴ αὐτοῦ τῷ περιέχοντι· καὶ τὸ μὲν τῶν κεράτων ἀπομίμημα ἡλίου καὶ σελήνης [μηνίσκους φασὶν εἶναι* del. Börtzler], *τὸ δὲ πάρδαλιν ἐνῆφθαι τῆς γῆς φαντασίας εἵνεκα, τὰ δὲ κάτω λάσια τῶν τῆς γῆς μερῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πεφυκότων·* | *huic Deo sit attributum. Cornua quibus solis circuli lunaeque designantur; pellis maculis distincta, quae variam designat imaginem siderum; inferior pars corporis hirsuta, ut situs terrae;* |
| quae sequuntur (*τάχα —ἔχειν*) Cornutus fortasse ipse addidit) ... [*οὕτω γάρ πως καὶ αἱ ἀγέλαι καὶ τὰ αἰπόλια πτοεῖται ψόφου τινὸς ἐξ ὕλης ἢ τῶν ὑπάντρων καὶ φαραγγωδῶν τόπων ἀκούσαντα*]. | *τὴν δὲ σύριγγα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πνευμάτων μίμησιν εἶναι· [τὸ δὲ αἰγωπὸν τῶν καταιγίδων εἰς αἰφνιδιακὰς ταραχὰς καὶ ἀπὸ τῶν νεφῶν γινομένων περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν.]* | *cum fistula est, quoniam flatus ventorum ex eo oriuntur; [metus vero ad repentinas fugas Panicus dictus propter subitam aeris commutationem].* |

Accedit memorabilis Porphyrii consensus (Euseb. P. E. III 11, 44): *τοῦ δὲ παντὸς τὸν Πᾶνα σύμβολον ἔθεντο, τὰ μὲν κέρατα σύμβολα δόντες ἡλίου καὶ σελήνης, τὴν δὲ νεβρίδα τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων, ἢ τῆς τοῦ παντὸς ποικιλίας.*[2])

Deinde Cornutus etiamsi rationem ita invertit, ut interpretationes minus deo, qui pro universo habeatur, adaptet, quam deo in montibus habitanti, qui pecudum praestes credatur esse,

[1]) Cf. Plat. Crat. p. 408 C.

[2]) Cf. Alex. Aphrod. quae feruntur probl. lib. III et IV ed. Usener (Berlin 1859), p. 6.

tamen eundem fontem exscribere pergit. Similiter enim, quod Pana greges terrere credunt, exponitur in fragmento Apollodori, quod scholiasta ad Rhesum v. 36 servavit (cf. Hefermehl p. 21 adn. 17). Neque deest apud Cornutum arboris, quae Panis sacra est, explanatio, cui eadem ratio subest atque Apollodoreis a Plutarcho relatis his (Quaest. conviv. V p. 675 F.): *οὐ μὴν ἀλλὰ κατ' ἰδίαν τῷ Ποσειδῶνι φαίη τις ἂν τὴν πίτυν προσήκειν, οὐχ ὡς Ἀπολλόδωρος οἴεται παράλιον φυτὸν οὖσαν οὐδ' ὅτι φιλήνεμός ἐστιν ὥσπερ ἡ θάλασσα (καὶ γὰρ τοῦτο τινὲς λέγουσιν), ἀλλὰ διὰ τὰς ναυπηγίας μάλιστα.*

Insequentibus Cornutus Priapi notionem perstringit, quem Pani sive mundo eundem esse censet. Quae ratio num Apollodorca sit, valde dubium est, tamen Cornuti in disputatione, qua procedente illud numen, id quod eius verae notioni magis respondet, ad terrae procreandi vim et fertilitatem refertur, vestigia perspicua sunt doctrinae Apollodoreae. Quodsi enim illius scholii Theocritei supra exscripti sub finem legimus haec: *ἔχει δὲ καὶ τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ δρέπανον, σημαῖνον τὴν ἐργασίαν, τῇ δὲ ἄλλῃ τὴν σύριγγα σημαίνουσαν τοὺς ἀνέμους* in aprico est Pana, qui falcem non gerit, confundi cum Priapo; huius falx quid sibi velit Cornutus p. 51, 6 interpretatur: hic Apollodorum nos deprehendere puto probabile esse.[1]) Quae illi si recte tribuo, in praecedentibus eiusdem doctrinam, etsi fortasse a Cornuto obscuratam et detortam, latere manifestum est. Congruunt, quae p. 51, 4—6 leguntur *μάλιστα δὲ τὸ ποικίλον καὶ ἐπιτερπὲς καὶ ῥᾳδίαν τὴν γένεσιν ποιούμενον οἱ κῆποι, τοιαύτην ὡς ἐπίπαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐσθῆτα ἔχοντος* cum his *καὶ τὸ μὲν τῆς ἐσθῆτος ἀνθηρὸν παρίστησι τὴν ποικιλίαν τῆς ὀπώρας* (p. 59, 15), quae supra Apollodoro vindicavi. Inter ea autem, quae p. 50, 18 de Priapi virilis magnitudine et vigore explicat, et ea, quae in Panis allegoria p. 49, 9 dicta sunt, magna intercedit cognatio; quaeque p. 50, 20 insequuntur, comparanda sunt cum iis, quibus Amaltheae cornus vis exponitur p. 51, 16 (cf. p. 50, 21 *ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις* — p. 51, 19 *κατὰ τοὺς οἰκείους καιρούς*. Vocis *Ἀμάλθεια* veriloquium, quod Cornutus exhibet, apud Lyd.

---

[1]) Ceterum quod attinet verbum *προτείνειν* (p. 51, 7 *δρέπανον δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ προτείνει*) cf. Porph. ap. Eus. P. E. III 9, 5 *προτείνει δὲ τῇ δεξιᾷ ἢ ἀετόν κ. τ. λ.*

de mens. p. 123, 13 recurrit: *Ἀμάλθειαν δὲ τροφὸν Διός, τὴν ἅμα καὶ ἀθρόως καὶ ἑνὶ χρόνῳ τὰ ὄντα τῷ Διῒ αὔξουσαν· ἄλθειν γὰρ τὸ αὔξειν.* Hoc patet, etiamsi non omni e parte cum Cornuto congruit, eodem e fonte haustum esse. Atque etiam nominis Priapi interpretatio p. 50, 15 Apollodoro videtur adscribenda esse: non mera est derivatio, sed *παρήχησις* quaedam, quam originationis rationem illum grammaticum non contempsisse supra vidimus. Similis interpretatio legitur in scholio ad Theocr. I v. 21: *Πρίαπος, Νύμφης Ναΐδος Χιόνης καὶ Διονύσου υἱός, ὃν κτίσαι περὶ Λάμψακον ὁμώνυμον πόλιν αὐτῷ φασι. παρ' ἐνίοις δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ, καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας γε ὁ αὐτὸς φαίνεται. ἔστι γοῦν οἷον βριήπυος διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις καὶ μέθαις ἐκβοήσεις, ἢ . . . ἀπὸ τοῦ προΐεσθαι τὸ σπέρμα* (cf. Suid. s. v. *Πρίαπος*). Atque cum Reinhardt l. l. p. 112 Apollodorum in cognominum deorum, quae et transitive et intransitive accipi possunt, vi explananda utramque interpretandi copiam amplexum esse evicerit, nescio an hac e consuetudine etiam Priapi nominis etymorum diversitas expediri possit. Itaque hic quoque Apollodori doctrinam latere puto.

Haec sufficiant de Apollodoro, cuius nomen apud Cornutum numquam occurrit. Pari modo auctorum nomina, qui apud illum citati erant, omissa sunt, ut pauca e libello Cornutiano lucremur ad illius operis indolem et rationem pernoscendam. Verum tamen non tanta dignus est contemptione, quanta Reinhardt censet: nam praeterquam quod perutilis est ad indaganda ampliora Apollodori fragmenta, quae a recentioribus scriptoribus servata sunt, praecipue iis in partibus, quibus deorum cognomina, sacra statuae insignia gestamina pertractantur, illius doctrinae frustula inveniuntur, quae, si modo ampliora fragmenta desunt, non pro nihilo ducenda sunt. Ut putemus Cornutum Apollodorea non ex illius libris ipsis sed e compendio quodam hausisse, nihil est, quod suadeat.

Enucleatis iis, quae ad Apollodorum revocanda sunt, alia restant, quorum de origine quid statuendum sit minus certum est.

Reinhardt p. 120 apud Cornutum Posidonii *περὶ θεῶν* operis vestigia inveniri maxime eo probari censet, quod e

septem deorum generibus ab eo constitutis, primum quidem a Cornuto commemoretur. Sed huic argumento non nimium auctoritatis videtur tribuendum esse; nam quae ille constituit deorum genera, a scriptoribus iis, quos eius doctrinam pervulgasse inter omnes constat,[1] universa et coniuncta percensentur. Neque vero inde, quod eundem Platonis Cratyli locum innuit, quo ille usus est, quicquam efficitur. Eundem enim etiam Apollodorum in vocis *θεοί* notione definienda respexisse Münzel (de Apoll. p. 18) rectissime demonstravit.

Maxime autem cum Cornuto consentit Ioannis Mauropi,[2] Euchaitarum metropolitae, etymologici, quod Reitzenstein publici iuris fecit, prima pars, quae inscribitur *τὰ κατ᾽ Οὐρανὸν καὶ κατ᾽ ἀέρα.*

Congero haec:

Corn.

1, 1: *Ὁ οὐρανός, ὦ παιδίον, περιέχει κύκλῳ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς καὶ τὰ ἐν θαλάττῃ πάντα καὶ διὰ τοῦτο ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας, οὖρος ὢν ἄνω πάντων καὶ ὁρίζων τὴν φύσιν.*[3])

2, 10: *ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ πυρώδης ἐστίν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων. ὅθεν καὶ αἰθὴρ ἐκλήθη τὸ ἐξωτάτω μέρος τοῦ κόσμου ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι· τινὲς δέ φασιν ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν οὕτως αὐτὸν ὠνομάσθαι, ὅ ἐστι ῥοίζῳ φέρεσθαι. καὶ τὰ ἄστρα γὰρ οἱονεὶ ἄστατά ἐστιν ὡς οὐδέποτε ἱστάμενα, ἀλλ᾽ ἀεὶ κινού-*

Maur.

v. 17—21: *Τὸν οὐρανὸν δ᾽ ὅρον τις ἴστω τῶν ἄνω, | ὁρῶν ἄνω τε τοὔνομα γνωριζέτω | ἄνω τὸ κύκλῳ πᾶν νοῶν τῶν ἐν μέσῳ | ὡς πᾶν ὅλον τε καὶ πόλον κεκλημένον, | καὶ στερέωμα τοῦ φύσει ῥυτοῦ στάσιν.*

v. 22—23: *Ἀστὴρ δὲ σύμπας αστατον τρέχων δρόμον | στηριγμὸν ὡς ἥκιστα λαμβάνειν ἔχει.*

---

[1]) Cf. Wendland, Arch. f. Gesch. d. Philos. I (1888), p. 200—210.

[2]) Primum Gesch. Griech. Etymol. p. 173 sqq. deinde e codice in Aegypti urbe, cui nomen est, Cairo invento audauctum in libro, qui inscribitur M. Terentius Varro und Iohannes Mauropus von Euchaita (1901).

[3]) Cf. Procl. ad Plat. Crat. p. 396 e; p. 63, 3 Pasqu. Achill. Isag. Exc. 5 p. 36, 13 Maass. Orion. p. 118, 29. Et. M. p. 542, 9. Reitzenstein l. l. p. 36 adn. 1.

*μενα. εὔλογον δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῆς θεύσεως*[1]) *ἐσχηκέναι τὴν προσηγορίαν· πρῶτον γὰρ οἱ ἀρχαῖοι θεοὺς ὑπελάμβανον εἶναι οὓς ἑώρων* (Gale: *εὗρον* codd.). *ἀδιαλείπτως φερομένους κ. τ. λ.*[2])

v. 1—5: *Θεὸς κατάρχοι παντὸς ἔργου καὶ λόγου.* | *Θεὸς διήκων τῶν ὅλων ποιημάτων φθάνει παρὼν ἅπασι καὶ δοκεῖ θέειν·* | *ὡς παντεπόπτης ὢν θεᾶται τὴν κτίσιν,* | *αἴθει δὲ πᾶν ῥύπασμα καὶ πυρὸς πλέον.*

Hoc in etymologico similiter atque a Seleuco et Heraclide proferuntur etymologiae Stoicis communes, quales nomine auctoris oblitterato in schola tradebantur; derivandi autem ratio Varrone vetustior est.[3]) Atque talis Stoica doctrina non certum ad auctorem referenda etiam Cornuto subest.[4])

Cornutus p. 12, 11—14, 2 de fato prorsus Stoicorum e mente agit. Nominum, quibus una eademque fati vis significatur, cumulat veriloquia, in his profert ea, quae apud alios scriptores Stoicos non inveniuntur (p. 13, 2—3; p. 13, 14—17).[5]) Recte Reinhardt hoc cum capite Cornutiano comparari iussit libri *περὶ κόσμου*, qui inscribitur, cap. VII; in primis id mihi videtur alicuius momenti esse, quod vocis *Αἶσα* eadem etymologia a Cornuto praebetur atque quae in libro *περὶ κόσμου* occurrit (p. 401 b 14).[6])

---

[1]) Cf. Münzel l. l. p. 18. Reitzenstein l. l. p. 23. Hae derivationes apud Stoicos ustitatissimae sunt. Cf. etiam *π. κόσμου* c. 2 p. 392 a 5. Cum Cornuti vocis *κόσμος* interpretatione p. 2. 5 cf. *π. κόσμου* c. 2 p. 391, 10 b. Achill. Isag. Exc. 5 p. 36, 8 M.

[2]) Cum veriloquio p. 3, 1 prolato cf. Herod. II c. 52. Procl. ad Crat. p. 397 c p. 75, 3 Pasqu. schol. ad Dion. Thracis artem gramm. p. 246, 19 Hilg.

[3]) Reitzenstein l. l. Ad vv. 92 et 94 recte congruentiam Zenonis (ap. Diog. Laert. VII 153) adnotavit. — Hinc id quoque facile expeditur, quod Apollodorus modo cum hoc etymologico consentit, modo ab eo discrepat (cf. fr. 217 — v. 292; fr. 220 — v. 188). Alia ratio ab Apollodoro adhibetur fr. 168, alia ab etymologici auctore v. 168.

[4]) Quae Cornutus de Acmone, Caeli patre, p. 2, 6 profert, fortasse Apollodori ex opere desumpsit: cf. Eust. p. 1154, 24: *Ἄκμων δὲ ὅτι καὶ ὁ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς ἐῤῥέθη, λέγεται πατὴρ διὰ τὸ ἀκάματον τῆς οὐρανίου κινήσεως κ. τ. λ.* Alcm. fr. 111 B.

[5]) Cum v. 15 cf. Porphyr. ad *Ξ* 200 p. 191 Schr.: *καὶ ἄξυλος ὕλη* (*Λ* 155) *ἡ πολύξυλος.* Cum vocis *Ὄπις* derivatione cf. Orion. p. 120, 27: *Ὄπις· ἡ ἐξόπισθεν ἑπομένη κτῆσις* (*τίσις*?) Eust. p. 1066, 9. Et. M. p. 627, 44. 628, 8.

[6]) Similia sunt haec (Et. M. p. 38, 50): *Αἶσα: . . . ἢ παρὰ τὸ ἀεὶ ἴση εἶναι, ἢ μὴ μεταβαλλομένη.*

Quem propter consensum Reinhardt Cornuti cap. 13 e doctrina Posidoniana pendere contendit. Sed licet complura veriloquia ex iis, quae apud eum leguntur, cum Posidonianis congruant — de eorum, quae alibi non exstant, origine non constat —, eum opus Posidonii manibus trivisse nón concluderim.

In eo capite, quo Cornutus de Musis agit, doctrinam Apollodoream latere iam probatum est, tamen caveas, ne omnia uni eidemque auctori tribuas. Neque enim scio, an ab eo commate, quo Musarum nomina derivantur et explicantur, illius nomen omnino procul habendum sit. Hoc modo ut iudicem, minus eo permoveor, quod hae explicationes, etiamsi laxo vinculo cum antecedentibus cohaerent, tamen perperam sententiarum ordinem interrumpunt aut particula *ἄλλως* ea, quae sequuntur, alio e fonte exscripta esse indicari videtur, quam eo, quod ceteris locis, e quibus viri docti Apollodorea recuperaverunt, talia nominum interpretamenta non leguntur neque epitomatorum culpa excidisse videntur. Chrysippum autem tales nugas tractavisse iam Münzel (de Apoll. p. 27 adn. 3) adnotavit; a Plutarcho enim illa in disputatione de Musis, quae Quaestionibus convivalibus inserta est, etymologia profertur nominis *Εὐτέρπη*, quae illi placuit (IX 14 p. 743 D): *Ἐγὼ δὲ μεταποιοῦμαί τι καὶ τῆς Εὐτέρπης· εἴπερ, ὥς φησι Χρύσιππος, αὐτὴ τὸ περὶ τὰς ὁμιλίας ἐπιτερπὲς εἴληχε καὶ κεχαρισμένον* (= fr. 1099 Arn.), quibuscum congruunt Cornutiana haec (p. 16, 2): *Εὐτέρπη δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς ὁμιλίας αὐτῶν ἐπιτερπεῖς καὶ ἀγωγοὺς εἶναι.* Atque etiam ceterae interpretationes Musarum nominum plus minus Cornutianis similes sunt. Sed apud Cornutum omnes fere explicationes ad eorum, qui eruditi sunt, virtutes referuntur, contra apud Plutarchum nihil invenitur, quod ad adulescentium educationem spectet. Neque tamen existi-

---

[1]) Concedo aliquam dubitationem relinqui. Cum his (p. 16, 13) *ἑνὸς στοιχείου πλεονάζοντος ἐν τῷ ὀνόματι* cf. (p. 43, 9) *εἴτουν πλεονάζοντος τοῦ τ στοιχείου*: caput illud, quo de numinibus marinis agitur, ex Apollodoro pendere supra probavi. Sed haec interpretandi ratio videtur non Apollodori propria, sed omnino Stoica esse, et sententiae conformatio utroque loco Cornuto ipsi debetur, qua re hac e congruentia nihil sequitur. Verum tamen vocabulum *ἐπίσκοπος* p. 16, 8, quod saepenumero iis locis recurrit, qui ad Apollodorum revocandi sunt, videtur Apollodoreum esse. Fortasse autem Cornutus id ex illius dicendi consuetudine arripuit.

maverim Cornutum ipsum consilio libelli, quem puerum ad instruendum composuit, permotum interpretandi rationem hoc modo invertisse; similiter enim adulescentium *παιδεία* respicitur in Musarum nominum interpretationibus, quas Diodorus IV 7 praebet[1]) in ea operis sui parte, quam Eduardus Schwartz, Diodor ap. P.-W. V 673 sqq. e compendio quodam mythologico ante tempora Caesariana confecto excerptam esse probavit. Quae cum ita sint, inter Cornutum et Chrysippum aliquam necessitudinem intercedere neque tamen illum Musarum nominum explicationes Chrysippi ex opere ipso hausisse aut ex Apollodori libris agnovisse statuendum esse puto.

---

[1]) Perspicuitatis causa congero haec:

| Corn. | Plut. | Diod. IV 7. |
|---|---|---|
| p. 15, 19: *ἄλλως δὲ Κλειὼ μὲν μία τῶν Μουσῶν ἐστιν ἀπὸ τοῦ κλέους τυγχάνειν τοὺς πεπαιδευμένους καὶ αὐτούς τε καὶ ἑτέρους κλεΐζειν.* | p. 743 D: *τῶν δ' ἄλλων ἥ τε Κλειὼ τὸ ἐγκωμιαστικὸν προσάγεται· ‘κλέα’ γὰρ ἐκάλουν τοὺς ἐπαίνους· ...* | *ἑκάστῃ δὲ προσηγορίᾳ τὸν οἰκεῖον λόγον ἀπονέμοντές φασιν ὠνομάσθαι τὴν μὲν Κλειὼ διὰ τὸ τὸν ἐκ τῆς ποιήσεως τῶν ἐγκωμιαζομένων ἔπαινον μέγα κλέος περιποιεῖν τοῖς ἐπαινουμένοις,* |
| *Εὐτέρπη δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς ὁμιλίας αὐτῶν ἐπιτερπεῖς καὶ ἀγωγοὺς εἶναι,* | *ἐγὼ δὲ μεταποιοῦμαί τι καὶ τῆς Εὐτέρπης· εἴπερ, ὥς φησι Χρύσιππος, αὐτῇ τὸ περὶ τὰς ὁμιλίας ἐπιτερπὲς εἴληχε καὶ κεχαρισμένον.* | *Εὐτέρπην δ' ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς ἀκροωμένους τοῖς ἀπὸ τῆς παιδείας ἀγαθοῖς,* |
| *Θάλεια δὲ ἤτοι διὰ τὸ θάλλειν αὐτῶν τὸν βίον ἢ διὰ τὸ ἔχειν αὐτοὺς καὶ τὴν συμποτικὴν ἀρετὴν ἐπιδεξίως καὶ εὐμούσως ἐν ταῖς θαλείαις ἀναστρεφομένους,* | p. 744 F: *καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ γεωργοὶ τὴν Θάλειαν οἰκειούμεθα, φυτῶν καὶ σπερμάτων εὐθαλούντων καὶ βλαστανόντων ἐπιμέλειαν αὐτῇ καὶ σωτηρίαν ἀποδιδόντες.* p. 746 E: *τῆς δ' ἐπιθυμίας τὸ μὲν περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡ Θάλεια κοινωνητικὸν ποιεῖ καὶ συμποτικὸν ἐξ ἀπανθρώπου καὶ θηριώδους·* | *Θάλειαν δ' ἀπὸ τοῦ θάλλειν ἐπὶ πολλοὺς χρόνους τοὺς διὰ τῶν ποιημάτων ἐγκωμιαζομένους,* |

Idem fere cadit in insequentem disputationem, qua agitur de Gratiis; nam Cornutum cum Chrysippo, quem Seneca de ben. I 3 (= Chrys. fr. 1082) in usum suum vertit, consentire

| | | |
|---|---|---|
| *Μελπομένη δὲ ἀπὸ τῆς μολπῆς γλυκείας τινὸς φωνῆς μετὰ μέλους οὔσης . . .* *Τερψιχόρη δὲ διὰ τὸ τέρπεσθαι καὶ χαίρειν αὐτοὺς τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ βίου ἢ διὰ τὸ καὶ ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι παρέχειν τέρψιν τοῖς προσπελάζουσιν αὐτοῖς, ἑνὸς στοιχείου πλεονάζοντος ἐν τῷ ὀνόματι . . .* | p. 746 F: *οἶδε καὶ ὀφθαλμῶν ἡδονήν, εἶδος εἴτε τῷ λόγῳ μᾶλλον εἴτε τῷ πάθει προσῆκον εἴτε κοινὸν ἀμφοῖν ἐστιν, αἱ λοιπαὶ δύο, Μελπομένη καὶ Τερψιχόρη, παραλαβοῦσαι κοσμοῦσιν· ὥστε τὴν μὲν εὐφροσύνην μὴ κήλησιν εἶναι, τὸ δὲ μὴ γοητείαν ἀλλὰ τέρψιν.* | *Μελπομένην δ' ἀπὸ τῆς μελῳδίας, δι' ἧς τοὺς ἀκούοντας ψυχαγωγεῖσθαι, Τερψιχόρην δ' ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς ἀκροατὰς τοῖς ἐκ παιδείας περιγινομένοις ἀγαθοῖς.* |
| *ἡ δὲ Ἐρατὼ πότερον ἀπὸ τοῦ ἔρωτος λαβοῦσα τὴν ὀνομασίαν τὴν περὶ πᾶν εἶδος φιλοσοφίας ἐπιστροφὴν παρίστησιν . . .* | *ταῖς δὲ περὶ συνουσίας σπουδαῖς ἡ Ἐρατὼ παροῦσα κ.τ.λ.* a Cornuto discrepant. | *Ἐρατὼ δ' ἀπὸ τοῦ τοὺς παιδευθέντας ποθεινοὺς καὶ ἐπεράστους ἀποτελεῖν.* |
| *Πολύμνια δέ ἐστιν ἡ πολυύμνητος ἀρετὴ ἢ μᾶλλον ἴσως ἡ πολλοὺς ὑμνοῦσα καὶ ὅσα περὶ τῶν προγενεστέρων ὑμνεῖται παρειληφυῖα καὶ τῆς ἔκ τε ποιημάτων καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἱστορίας ἐπιμελουμένη.* | p. 743 D: *ἧτε Πολύμνια τὸ ἱστορικόν· ἔστι γὰρ μνήμη πολλῶν.* | *Πολύμνιαν δ' ἀπὸ τοῦ διὰ πολλῆς ὑμνήσεως ἐπιφανεῖς κατασκευάζειν τοὺς διὰ τῶν ποιημάτων ἀπαθανατιζομένους τῇ δόξῃ,* |
| *Οὐρανία δέ ἐστιν ἡ περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐπιστήμη . . .* | p. 746 B: *καὶ ἡμεῖς ὁμοίως μὲν τιθῶμεν ἐν οὐρανῷ καὶ περὶ τὰ οὐράνια μίαν τῶν Μουσῶν, ἣ Οὐρανία φαίνεται.* | *Οὐρανίαν δ' ἀπὸ τοῦ τοὺς παιδευθέντας ὑπ' αὐτῆς ἐξαίρεσθαι πρὸς οὐρανόν· . . .* |
| *Καλλιόπη δὲ ἡ καλλίφωνος καὶ καλλιεπὴς ῥητορική, δι' ἧς καὶ πολιτεύονται καὶ δήμοις προσφωνοῦσιν . . .* | p. 743 D: *Ἡρώδης ὁ ῥήτωρ ‘ἀκούετ’,’ ἔφη, ὑμεῖς οἱ τὴν Καλλιόπην ἀποσπῶντες ἡμῶν, σὺν τοῖς βασιλεῦσιν* | *Καλλιόπην δ' ἀπὸ τοῦ καλὴν ὄπα προΐεσθαι, τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ εὐεπείᾳ διάφορον οὖσαν ἀποδοχῆς τυγ-* |

dudum observatum est, et plane eadem utitur allegoriarum ratione. Nonnulla ex iis, quae apud Cornutum occurrunt, apud Senecam non leguntur; quae num ad Chrysippum revocanda sint, in dubio relinquitur.

De extremo autem disputationis Cornutianae quid statuam, confiteor me haesitare. Nam obvium est p. 20, 7 illud vocis *Χάριτες* veriloquium, quod Apollodoro placuisse notum est e fragmento apud Erotianum (*Τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή* p. 115 Klein.): *Χάριτες αἱ χαραί· ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν ἐλεγείᾳ. Μέμνηται καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ περὶ θεῶν. Φησὶ δὲ αὐτὰς κληθῆναι ἀπὸ μὲν τῆς χαρᾶς Χάριτας* (= fr. 3). Qua de re Münzel l. l., qui totum caput Chrysippo tribuit, hac in voce derivanda Apollodorum illum secutum esse suspicatus est; mihi quidem verisimilius videtur Cornutum Apollodorea iis, quae Stoicorum e doctrina pendent, immiscuisse. Etenim videtur apparere, quo modo Chrysippeis, quae Apollodoro debentur, assuta sint: haec enim apud Senecam e Chrysippo desumpta

---

*αὐτὴν παρεῖναί φασιν, οὐκ ἀναλύουσι δήπου συλλογισμοὺς οὐδ' ἐρωτῶσι μεταλλάττοντας, ἀλλὰ ταῦτα πράττουσιν, ἃ ῥητόρων ἐστὶ καὶ πολιτικῶν ἔργα.'* cf. p. 746 D: *αὐτίκα τοῦ λόγου τὸ μέν ἐστι πολιτικὸν καὶ βασιλικόν, ἐφ' ᾧ τὴν Καλλιόπην τετάχθαι φησὶν ὁ Ἡσίοδος. χάνειν ὑπὸ τῶν ἀκουόντων.*

H. Schultz, *Die handschriftliche Überlieferung der Hesiodscholien* p. 35 in quibusdam codicibus scholiorum Hesiodeorum interpretationes Musarum nominum invenit, quae inscribuntur *ἐτυμολογίαι τῶν ἐννέα Μουσῶν*. Quae explicationes simillimae sunt Diodoreis; sed sub finem additur *τινὲς δέ φασιν εἶναι τὰς Μούσας δύο διὰ τὸ θεωρητικὸν καὶ πρακτικὸν τῆς φιλοσοφίας. θεωρητικὸν μὲν τὸ* (*τωι* Par.) *νῶι θεωρούμενον, πρακτικὸν δὲ τὸ πραττόμενον.* De duabus Musis non nisi a Cornuto agitur, nihil hac de re apud eos scriptores, qui Apollodori ex opere pendent, nihil apud Diodorum. Itaque valde difficile est enucleatu, unde hae interpretationes depromptae sint. Illi duarum Musarum allegoriae fortasse Cornutus ipse praefulsit.

legimus: *vultus hilari sunt, quales solent esse, qui dant vel accipiunt beneficia.* Cornutus autem eandem interpretationem ad etymologiam vocis *Χάριτες,* quam Apollodorum amplexum esse constat, explanandam transtulit. Neque vero scio an, quod a Cornuto *Εὐάνθη* et *Αἴγλη* (Gale: *ἀγλαίην* codd.) commemoratur, id rectius Apollodori doctrinae tribuatur: conferas quaeso haec Hesychii: *Αἴγλης Χάριτες· πιθανῶς ἐγενεαλόγησαν Χάριτας Αἴγλης καὶ Ἡλίου, ἐπειδὴ τὰς Χάριτας λαμπρὰς εἶναι δεῖ.*[1]) Ea autem ratio, qua exponitur, cur Homerus unam ex Gratiis Vulcani uxorem esse narret, quin Apollodori sit, nullus dubito, cum Cornutus ea, quae hic ratiocinatur, illa in disputatione, qua de Vulcano agitur, supra Apollodoro vindicata his *γυναῖκα δὲ αὐτοῦ τὴν Ἀφροδίτην ἔφασαν εἶναι καθ' οἷον λόγον καὶ τῶν Χαρίτων μίαν* (p. 34, 6) manifesto respiciat. At allegoria Mercurii Gratiarum praestitis ei abiudicanda et Chrysippo tribuenda videtur esse, quam apparet Senecae his *ergo et Mercurius una stat, non quia beneficia ratio commendat vel oratio, sed quia pictori ita visum est* tamquam nugatoriam impugnari.

Neque vero in iis, quae Cornutus de Promethei fabulis exponit, Apollodori ullae partes sunt. Nihil sequitur inde, quod Cornutianis p. 32, 8 sqq. non dissimilia sunt, quae Heraclitus p. 41, 17 sqq. profert, cum haec cohaereant cum ineptissima allegoria Vulcani de caelo deiecti, quam si non ipse commentus est, ubi invenerit, nescio. Pleraeque autem fabularum earum, quas Cornutus recenset, ad moralia praecepta referuntur, quae prorsus Stoicorum disciplinae respondent. Similes interpretationes in scholiis Theogoniae Hesiodi ad vv. 511 et 521 adscriptae sunt. Sed Cornutum hic quoque commentarium Hesiodeum, ut antea, exscribere quominus statuamus nos praepedimur illis, quibus illum commentarium mittit et ad Prometheum pertractandum transit: *νῦν δὲ τὰ βεβοημένα παρὰ τοῖς πλείστοις ἐπισκεπτέον.* Etiam in disputatione ea, qua de Minerva agitur, insunt nonnulla Stoicorum e mente dicta, quae vix quisquam Apollodoro vindicaverit. Huc refero ea, quibus Minervae virtutis vis adsignatur (p. 35, 17—19; 36, 5—7), Gorgonis imaginis, quam illa

---

[1]) Cf. Phot. s. v. *Αἴγλη.* Usener, Götternamen p. 135.

in aegide gestat, explanationem miram et valde a vulgari sententia remotam (p. 37, 1—5), Minervae Gigantum victricis allegoriam uberius atque fusius expositam p. 39, 12—40, 4. Sed ex his Cornutum ipsum quaedam excogitasse veri haud dissimile est.

Transeo nunc ad eam partem, qua Cornutus nonnulla numina a quibusdam philosophis mundo universo aequiperari exponit. Sed hac in excutienda praeterquam quod, ut supra vidimus, nonnulla Apollodorea insunt, vix quicquam pro certo exploratoque pronuntiari licet. Priorem partem eorum, quae Cornutus profert, a verbo *νομίζουσιν* p. 48, 5 pendere supra monui; inde caveas, ne praemature concludas omnes has explicationes ex uno eodemque fonte manavisse: nam id si statueremus, quoniam, quae Cornutus de Pane disserit, ex Apollodori opere hausta esse constat, eas ad hoc revocandas esse sequeretur. Quocum sunt, quae vehementer pugnent. Nam ut praetermittam illi talia interpretamenta placuisse non esse verisimile, Amoris explicationes, quae antecedunt, maximam quidem partem illi debentur, a verbis autem *ἔνιοι δὲ* . . . nonne Cornutus alium fontem sequi videtur? Neque si his eundem in modum atque iis, quae p. 65, 8 leguntur, auctores ab Apollodoro citatos comprehendi censeremus, res melius expediretur. Nam p. 49, 4 sqq. Cornutus ea refert, quae Apollodorus ipse de Panis vi docuit. Neque haec quaestio ita solvi potest, ut dubitatio non remaneat. Fortasse autem a vero non longe aberramus, cum suspicamur Cornutum in libro quodam Stoico invenisse Amori vim cosmogonicam tribui vel eum mundi symbolum intellegi, in eodemque libro legisse Atlantis explicationem physicam, qua columnae, quas custodire narratur, intellectae sint *στοιχείων* vires, quibus graviora submitterentur, leviora tollerentur, Atlas ipse si non mundus universus ipse, at certe numen omnium mundi partium saluti consulens. Ad tale enim spectat cognominis *ὀλοόφρων* interpretatio a Cornuto prolata, quae teste Eustathio (p. 1389, 55) Cleanthi debetur (= fr. 549). Panis autem allegoriam ex Apollodori opere agnovit. Hoc igitur modo tres trium numinum explicationes physicae ei praesto erant, quas etsi diversis e fontibus haustas tamen interpretandi similitudine inter se cognatas sive neglegentia sive nimio brevitatis studio abreptus ita coniunxit, ut eas non-

nullorum e mente dictas esse contenderet. Priapum et Ἀγαθὸν Δαίμονα similiter mundi symbola interpretatur, id quod Stoicos apud auctores inauditum est.[1]) Itaque Cornutus utrum hanc interpretandi rationem e fonte hauserit — sive e libro quodam Stoico sive Apollodori ex opere, cuius vestigia supra indicavi —diiudicari nequit, praesertim cum haec pars non a verbo νομίζουσιν p. 48, 5 pendeat. Sed satis mihi videor dixisse hac de quaestione difficillima.[2])

Cornutus p. 62, 23—64, 17 de Hercule agit. Quod caput vel ideo in libello Cornutiano singularem tenet locum, quod sub finem nomen Cleanthis citatur, cui quae Herculis laborum placuerunt allegoriae, quod nimis spinosae sint, a Cornuto respuuntur. U. de Wilamowitz l. l. omnia fere, quae Cornutus explicat, Cleanthi vindicanda esse statuit; quem secutus Ioannes ab Arnim totum fere caput, quippe quo Cleanthis de tensione doctrina illustretur, in illius fragmenta recepit (fr. 514). Quae Cornutus p. 63, 21 sqq. de Hercule sagittario disserit, hanc ad doctrinam referri posse videntur.[3]) Sed etiam allegoriam, qua

---

[1]) Priapi Panthei vis, cui aediles coloniae Apuli anno p. Chr. natum 235 titulum consecraverunt (CIL III 119), cum notione, quam Cornutus illi tribuit, non congruit. Nam aliud est unum deum universo aequiperare, aliud omnium deorum quasi summam unius dei nomine comprehendere (cf. G. Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm. p. 82. 177. 213). Hendecasyllabos, quibus Priapus omnium pater celebratur (CIL XIV 3565 = Buecheler, Carm. epigraph. nr. 1504) G. Wissowa, Gött. Gel. Anz. 1899 nr. 5 p. 415 recte in suspicionem vocavit. In hymno Orphico 6, 9 Protogonos sive Phanes appellatur Πρίηπος ανα̨ξ. Cf. Schoemannum, opusc. acad. II p. 83. adn. 37. O. Kern in Genethliaco Carolo Robert oblato p. 95.

[2]) Mirum in modum Cornutus p. 48, 19 Atlantem (sive mundum) Astraeo et Thaumanti eundem esse contendit, id quod ex insequentibus explicationibus lucem quandam accipit. Videtur enim haec ratio e nominum interpretationibus derivata esse: his enim οὔτε γὰρ ἵσταται, τὸ συνόλον ἀνηρέμητος ὑπάρχων Astraei nominis vim designari apertum est collato veriloquio vocis ἄστρα p. 2, 15. Cum verbis θαυμασμόν—ἐμποιεῖ cf. schol. ad Hes. Theog. v. 237. Neque est, cur cum Osanno ante οὔτε lacunam hiare censeamus: respondet enim οὔτε particulae τε, quae v. 3 exstat. Cum Pleiadum nominis interpretatione cf. schol. Arat. v. 254 p. 387 M. Procl. ad Hes. Opp. v. 382. Eust. p. 1155, 46.

[3]) Benigne de hac re me docuit Carolus Praechter.

exponitur Herculem Iuventatis maritum esse ab insulae Coi incolis tradi,[1]) Ioannes ab Arnim ad illam pertinere censet et, ut prior versuum Euripideorum, qui citantur, in quo *εὐτονώτεραι* legitur, ad Herculem iuventute praeditum revocari possit, pro *αὐτόν* p. 64, 5, quod Langius uncis saepsit,[2]) scribit *αὖ τὸ σῶμα ἤ*. Sed haec coniectura gravior est nec sermone Cornutiano satis fulciri potest.[3]) Praeterea a grammatico quodam Stoicae sectae addicto Hercules vix audierit mente inferior quam corpore. Itaque hoc de loco quid statuendum sit, in incerto relinquo. Id autem confidentius contendo virum doctum errasse, cum in initio capitis pro *λόγος*, quod codices exhibent, scribendum esse censuit *τόνος*; nam *λόγος, καθ' ὃν* ... saepenumero in Cornuti libello occurrit: cf. in primis p. 4, 13 *εἴτε λόγος καθ' ὃν ἰδίει ἡ φύσις*; quae explicatio nescio an eidem auctori debeatur atque Herculis explanationis initium. Non igitur est, cur totum caput Cleanthi tribuamus. Id autem constat Cornutum allegorias duodecim Herculis laborum a Cleanthe prolatas undecumque agnovisse.

Has nobis servatas esse in Heracliti personati libri capite 33 Münzel (de Apoll. p. 27 adn. 2) a Cornuti disputationis de Hercule extremo profectus suspicatus est. Sed Cornuti e verbis Cleanthem Herculem deum esse voluisse sequitur, apud Heraclitum autem *ἀνὴρ ἔμφρων καὶ σοφίας οὐρανίου μύστης* intellegitur. Quare num apud eum Cleanthea deprehendamus, Pearson (ad Cleanthis fragm. 62) valde dubium esse iure contendit et A. B. Krischium (Die theologischen Lehren der griechischen Denker (1840) p. 400)

---

[1]) Fr. Back, De Graecorum caeremoniis etc. (diss. Berol. 1883), qui tituli a Rossio, Inscriptiones Graecae ineditae III p. 311, publici iuris facti col. C ad *ἱερὸν γάμον* Herculis et deae heroidisve in insula Coo per caeremonias celebratum refert, huius loci Cornutiani immemor Minervam solam ex deis illo sacro Herculi nuptum datam esse cogitari posse contendit. Ceterum *αἴτιον* a Plutarcho Qu. Gr. 58 narratum falso cum illa inscriptione coniungit, de qua recte iudicaverunt Paton et Hicks, The inscriptions of Cos, p. 76.

[2]) Abhorret ab usu dicendi: cf. p. 74, 12.

[3]) Neque enim *αὖ* in libelli codicibus usquam legitur. Ioannes ab Arnim p. 68, 1 scribit *ὡς αὖ τοὺς τῶν ζώων ψόφους*, quam coniecturam non extra omnem dubitationem positam esse puto (hoc de loco cf. infra). Quid autem *αὖ* in illa sententia p. 63 sibi velit, non intellego.

secutus Cleanthem illum solem interpretatum esse opinatur. Quae coniectura probabilis est, cum Cleanthem Liberum patrem similem in modum explanasse e Macrobio constet (S. I 18, 14 *unde Cleanthes ita cognominatum scribit ἀπὸ τοῦ διανύσαι, quia cotidiano impetu ab oriente ad occasum diem noctemque faciendo caeli conficit cursum*). De Herculis autem solari notione haec legimus apud Porphyrium (ap. Euseb. P. E. III 11, 25): *καθὸ δὲ ἀλεξίκακός ἐστι τῶν ἐπιγείων ὁ ἥλιος, Ἡρακλέα προσεῖπον αὐτόν, ἐκ τοῦ κλᾶσθαι αὐτὸν πρὸς ἀέρα ἀπ' ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἰόντα. δώδεκα δὲ ἄθλους ἐκμοχθεῖν ἐμυθολόγησαν, τῆς κατὰ τὸν οὐρανὸν διαιρέσεως τῶν ζῳδίων τὸ σύμβολον ἐπιφημίσαντες· ῥόπαλον δ' αὐτῷ καὶ λεοντῆν περιέθεσαν, τὸ μὲν τῆς ἀνωμαλίας μήνυμα, τὸ δὲ τῆς κατὰ τὸ ζῴδιον ἐμφανιστικὸν ἰσχύος*; cf. Macrob. S. I 20, 10 *re vera Herculem solem esse vel ex nomine claret. Ἡρακλῆς enim quid aliud est nisi Ἥρας id est ἀέρος κλέος?* Has allegorias ab Apollodoro alienas esse vel inde constat, quod Herculem una cum Castoribus et Aesculapio inter eos numeravit deos, qui propter eximia ergo hominum genus beneficia divinos acceperint honores.[1]) Sed potuit Porphyrius, ut alia Apollodori ex opere hausit, Stoicum quendam librum adire, quo Cleanthis doctrina perstringebatur;[2]) et idem cadit in Macrobii auctorem, si modo alius fuit.

Cornutus Alcmenae et Amphitryonis filium non ab initio deum fuisse contendit, sed paulatim propter singulares virtutes dei similes hoc nomen meritum esse. Similia in Macrobii Saturnaliorum libro I legimus (cap. 20, 6): *Sed ne Hercules quidem a substantia solis alienus est, quippe Hercules ea est solis potestas quae humano generi virtutem ad similitudinem praestat deorum. nec aestimes Alcmena apud Thebas Boeotias natum solum vel primum Herculem nuncupatum: immo post multos atque postremus ille hac appellatione dignatus est honoratusque hoc nomine quia nimia fortitudine meruit nomen dei virtutem regentis.* Nominis autem interpretamenta, quae apud Porphyrium et Macrobium leguntur,[3])

---

[1]) Cf. Zucker l. l.

[2]) Cf. U. de Wilamowitz, Euripides Herakles I[1] p. 285.

[3]) Cf. Seleucum ap. Reitzenstein, Gesch. Griech. Etym. p. 160, 21.

ad illam interpretandi rationem accomodata apud Cornutum non occurrunt, qui hoc praebet veriloquium p. 63, 3 *ὠνόμασται δὲ τάχα ἀπὸ τοῦ διατείνειν εἰς τοὺς ἥρωας, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ κλεΐζεσθαι τοὺς γενναίους ποιοῦντος*, quod etiam apud Fulgentium II 2, p. 41 Helm[1]) et apud Mythogr. Vatic. III 13 invenitur, sed quem ad auctorem revocandum sit, non constat. Hanc interpretationem in eam rationem, qua Cleanthes Herculis notionem explanavit, non quadrare apertum est, neque vero initium capitis, quo Cornutus illum robur et vigorem per mundum permeantem interpretatur, illa cum ratione coit. Atque etiam explicationes Cornutianae leoninae pellis et clavae ab iis, quae apud Porphyrium exstant aliquantulum recedunt. Quae cum perpendo, id statuendum mihi videtur esse totum de Hercule caput Stoicorum e doctrina pendere, fortasse quaedam Cleanthi adsignanda esse.

Supra vidimus nonnulla inesse in libro Cornutiano, quae ad Chrysippum, nonnulla, quae ad Posidonium revocanda sunt, neque tamen haec tam ampla sunt aut tam continuata quam ea, quae Apollodoro tribuenda sunt; vel inde verisimile est Cornutum illorum opera manibus non trivisse. Alia autem, quae non minus Stoicorum doctrinam redolent, certum ad auctorem referri non possunt. Idcirco omnes habet veri numeros eum praeter Apollodori opus Stoicum quoddam compendium in usum suum vertisse.

---

[1]) *Hercules enim Eracles Graece dicitur, id est eroncleos ..., unde et Homerus ait: (B 486) ... Ideo et Alcei nepos dicitur: alce enim Graece praesumptio interpretatur.* Cf. Servius ad Verg. Aen. VI v. 392: *Sane Alcidem volunt quidam ἀπὸ τῆς ἀλκῆς dictum, id est a virtute: quod non procedit quia ...* Cum iis autem, quae Servius ad Aen. VI v. 395 adnotavit, concinit Heracliti capitis 33 initium (cf. *Hercules a prudentioribus mente magis, quam corpore fortis inducitur* — Her. p. 48, 11 *Ἡρακλέα δὲ νομιστέον οὐκ ἀπὸ σωματικῆς δυνάμεως ἀναχθέντα τοσοῦτον ἰσχῦσαι τοῖς τότε χρόνοις, ἀλλ' ἀνὴρ ἔμφρων καὶ σοφίας οὐρανίου μύστης γεγονὼς ὡσπερεὶ κατὰ βαθείας ἀχλύος ὑποδεδυκυῖαν ἐφώτισε τὴν φιλοσοφίαν, καθάπερ ὁμολογοῦσι καὶ Στωικῶν οἱ δοκιμώτατοι.* — Mythogr. Vat. III 13. *Hercules igitur quasi ἡρώων κλέος, virorum fortium gloria interpretatur.*

Commentarium Theogoniae Hesiodi, quem Cornutus p. 27, 19—31, 18 et p. 6, 20—8, 9 exscribit, Reinhardt p. 28 sq. post Posidonii tempora confectum esse contendit; sed eius argumentatio verborum aequitate nisa, quae non easdem ad res explicandas adhibentur, iis, quae Gruppe in eius libri censura (B. ph. W. 1911 Nr. 15/16, p. 473) disputavit, valde infringitur. Neque fieri potest, ut pro certo probetur, quibus temporibus ille commentarius compositus nedum quis auctor ducendus sit.

Nonnullas interpretationes vetustiores in eo inesse constat congruentia Cornuti scholiorum, quae servata sunt, Ioannis Diaconi allegoriarum.

Conferas quaeso haec:

| Cornutus. | Scholia. |
|---|---|
| p. 28, 7: *ἔστι δὲ Χάος μὲν τὸ πρὸ τῆς διακοσμήσεως γενόμενον ὑγρόν, ἀπὸ τῆς χύσεως οὕτως ὠνομασμένον.* | v. 116: *Οἱ δὲ εἰρῆσθαί φασι χάος παρὰ τὸ χεῖσθαι, ὅ ἐστι χέεσθαι . . .* <br> Diac. p. 554, 27: *ὡς ἀπὸ τῆς χύσεως παρονομάσας χάος· χυτὸν γὰρ καὶ ῥυτὸν τὸ ὕδωρ.*[1]) |
| p. 28, 16: *καὶ τὰ ἠερόεντα Τάρταρα, ἃ δὴ μυχὸν Γῆς ὠνόμασεν ὁ προειρημένος ποιητὴς τῷ περιειληφέναι αὐτὴν καὶ κρύπτειν.* | v. 119: *Τάρταρά τ' ἠερόεντα. Τὰ διήκοντα μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς. ἠερόεντα δὲ σκοτεινά. λέγει δὲ τὸν ἀέρα τὸν τὴν γῆν περιέχοντα καὶ τὸ περὶ αὐτήν . . .* |
| p. 29, 9: . . . *τοῖς ἐπ' αὐτῷ θέουσιν ἄστροις μακραίωσιν οὖσιν ἀσφαλὲς οἰκητήριον.* | Diac. p. 555, 8: *ἔστι δὲ καὶ οὕτως εἰπεῖν. ὅτι ἡ γῆ ἕδος λέγεται τῶν θεῶν, παρόσον κυκλικῶς τοῦ οὐρανοῦ κινουμένου αὕτη ἐστὶν αἰτία . . . θεοὺς δὲ νῦν λέγει τὰ ἄστρα, καὶ ἁπλῶς τὰ οὐράνια σώματα, διὰ τὸ θέειν ἀεί.* |

---

[1]) Neque exscripsit Diaconus Cornutum, ut Osannus p. 89 putat, neque, ut Flach, Gloss. u. Schol. p. 35 suspicatur, ea, in quibus Cornutus et Diaconus consentiunt, ab interpolatore quodam in libellum Cornutianum inserta sunt, potius utrique vetustiora scholia subesse videntur. Rem ita se habere postquam ipse suspicatus sum, Hermannus Schultz hac de re comiter per litteras mecum communicavit. In primis docuit id summi esse momenti, quod Tartari explanatio Cornuti p. 28, 17 non dissimilis a scholiasta ad v. 119 exhibeatur, Diaconus autem Tartarum non interpretatus sit (verisimile esse eum v. 119 non legisse).

28, 18: *ὁ δὲ Ἔρως σὺν αὐτοῖς ἐρρήθη γεγονέναι, ἡ ὁρμὴ ἡ ἐπὶ τὸ γεννᾶν· ἅμα γάρ τι ἔκ τινος γίνεται καὶ παρεῖναι τῇ γενέσει νομιστέον ταύτην τὴν δύναμιν καλλίστην καὶ ἀξιοθέατον οὖσαν.*

p. 29, 12: *τοῦ Χάους δὲ θυγάτηρ ἐστὶ καὶ ἡ Νύξ· ὁ γὰρ πρῶτος ἀρθεὶς ἀπὸ τοῦ ἀρχεγόνου ὑγροῦ ἀὴρ ζοφώδης καὶ σκοτεινὸς ἦν, εἶτα λεπτυνόμενος εἰς αἰθέρα καὶ φῶς μετέβαλεν, εὐλόγως τούτων ἐκ τῆς νυκτὸς γεγονέναι ῥηθέντων.*

29, 3: *τὸ δὲ Ἔρεβος ἐκ τοῦ Χάους ἐγένετο, ὁ ποιᾶν ἐρέφεσθαι καὶ περιλαμβάνεσθαί τι ὑφ' ἑτέρου λόγος ...*

29, 16: *ἡ δὲ Γῆ τα ὄρη καὶ τὸ πέλαγος ἑξῆς λέγεται γεννῆσαι 'ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου'· ἥ τε γὰρ θάλαττα ὑπέμεινεν ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῆς μέρεσι κατὰ μεταβολὴν ὑποστᾶσα, τὰ δὲ ὄρη περὶ τὸ ἀνώμαλον τῆς συνιζήσεως τὰς ἐξοχὰς ἔλαβε.*

p. 30, 11: *Κοῖος δέ, καθ' ὃν ποιά τινα τὰ ὄντα ἐστὶ (τῷ γὰρ κ πολλαχοῦ οἱ Ἴωνες ἀντὶ τοῦ π ἐχρῶντο) ...*[1]) *Κρῖος*[2]) *δέ, καθ'*

p. 555, 16 G: *Οἶμαι δὲ τὴν ἐγκατεσπαρμένην φυσικῶς κινητικὴν αἰτίαν ἑκάστῳ τῶν ὄντων καθ' ἣν ἐφίεται ἕκαστον τοῦ εἶναι· ... δεῖ γὰρ προϋποκεῖσθαι τὴν ἐν ἑκάστῳ ἐπιτηδειότητα καὶ ὁρμὴν πρὸς τὸ τόδε τὶ γενέσθαι.*

v. 123: *ἐκ Χάεος. Ὀρθῶς πάνυ. ὁ γὰρ ἀὴρ πρὸ ἡλίου ἀνατολῆς καὶ ἄστρων σκοτεινός.* Diac. p. 555, 20 G: *Ἐκ χάους δὲ τὸ ἔρεβος καὶ ἡ νὺξ γεννᾶται, δηλαδὴ ὁ ἀπὸ τοῦ πρὸ τῆς διακοσμήσεως ὑγροῦ ζοφώδης καὶ σκοτεινὸς ἀήρ, ὅστις δὴ λεπτυνόμενος εἰς αἰθέρα καὶ εἰς φῶς μετέβαλεν ...*

Diac. p. 555, 27 G: *Ἔρεβος δ' ἂν εἴη ὁ κοσμητικὸς λόγος καὶ τακτικός, ὁ ἐντεθεὶς ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτί, καὶ ποιῶν ἐρέβεσθαι, ἤγουν καταλαμβάνεσθαι θάτερον ὑπὸ θατέρου.*

Diac. p. 556, 7 G: *Γεννᾷ δὲ καὶ τὰ ὄρη ἡ γῆ, ἐν οἷς κατοικοῦσιν αἱ Νηρηΐδες, καὶ τὴν θάλατταν, ἄτερ φιλότητος, παρόσον ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῆς μέρεσιν ἡ θάλασσά τε ὑπέστη καὶ συνηθροίσθη τὰ ὕδατα, τὰ ὄρη δὲ περὶ τὸ ἀνώμαλον τῆς συνιζήσεως ἔλαβε τὰς ἐξοχὰς καὶ κατὰ ἐξοστρακισμὸν αὐτῆς.* Cf. schol. v. 115: *Ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος ἐγένοντο τὰ στοιχεῖα· γῆ, κατὰ συνίζησιν, ἀὴρ κατὰ ἀνάδοσιν, τὸ δὲ λεπτομερὲς τοῦ ἀέρος γέγονε πῦρ· ἡ δὲ θάλασσα, κατὰ ἐκμύζησιν· τὰ δὲ ὄρη, κατὰ ἐξοστρακισμὸν τῆς γῆς.*

v. 134: *ὁ Ζήνων φησὶ τοὺς Τιτᾶνας διὰ παντὸς εἰρῆσθαι τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Κοῖον γὰρ λέγει τὴν ποιότητα, κατὰ τροπὴν*

---

[1]) Cum insequenti veriloquio concinit *Διαφ. ἐκλ.* p. 453, 18 *Κοῖος:*

ὃν τὰ μὲν ἄρχει καὶ δυναστεύει τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ ὑποτέτακται καὶ δυναστεύεται ... Ὑπερίων δέ, καθ' ὃν ὑπεράνω τινὰ ἑτέρων περιπορεύεται.

p. 31, 3: Θεία δέ ἐστιν ἡ τῆς ὄψεως αἰτία, Ῥέα δὲ ἡ τῆς ῥύσεως, Φοίβη δὲ ἡ τοῦ καθαρά τινα καὶ λαμπρὰ εἶναι ...

Αἰολικὴν τοῦ π πρὸς τὸ κ, Κρεῖον δὲ τὸ βασιλικὸν καὶ ἡγεμονικόν, Ὑπερίονα δὲ τὴν ἄνω κίνησιν, ἀπὸ τοῦ ὑπεράνω ἰέναι (= fr. 100 Arn.).

v. 135: Θείαν τὴν θεωροῦσαν τὰ πάντα δύναμιν, παρὰ τὸ θεᾶσθαι ... Ῥέα ἡ ἐξ ὄμβρων χύσις ἐστί, κατὰ δὲ τον Χρύσιππον ἡ γῆ (= fr. 1085 Arn.). v. 136: Φοίβην. Τὸ καθαρὸν τοῦ ἀέρος, διὰ τοῦτο καὶ χρυσοστέφανον· καθαρὸς γὰρ ο χρυσός.

Compares etiam haec:

p. 28, 12: σβεσθέντος δὲ εἰς ἀέρα αὐτοῦ μεταβολὴ ἀθρόα γίνεται εἰς ὕδωρ, ὃ δὴ λαμβάνει τοῦ μὲν ὑφισταμένου μέρους τῆς οὐσίας κατὰ πύκνωσιν, τοῦ δὲ λεπτυνομένου κατ' ἀραίωσιν.

Diac. p. 554, 30 G: Ἔπειτα δὲ ἡ γῆ παράγεται μετὰ τὸ χάος, εὐλόγως· τοῦ γὰρ ὕδατος πυκνουμένου καὶ εἰς ὁλοσχερεστέραν φύσιν συνισταμένου, παχύ τι καὶ γεωδέστερον τὸ συναγόμενον γίνεται· μανουμένου δὲ καὶ ἀραιουμένου, εἰ μὲν ἧττον, ἀὴρ ἀπογεννᾶται· εἰ δὲ μᾶλλον λεπτομερέστερον, γίνεται πῦρ τὸ ἐντεῦθεν ἀποτελούμενον.

Quod non omni e parte Cornutus et Diaconus congruunt, id inde expeditur, quod hic sequitur rationem Zenonis, qui Chaos umidum sive aquam intellegit, Cornutus autem χάος interpretatur κάος sive πῦρ et igni, quem Stoici rerum principium ponunt, idem esse statuit. Vides igitur hoc modo optime probari, quod supra suspicatus sum hanc interpretationem Cornuto ipsi deberi.

Alia autem Cornutiana a scholiis, quae servata sunt, et Diaconi allegoriis recedunt, velut interpretationes nominum Ἰαπετός (p. 30, 8), Ὠκεανός (p. 30, 18), Τηθύς (p. 31, 2). Mirum in modum a Cornuto Titanes cum viribus contrariis, quas Empe-

ὁ πατὴρ Λητοῦς· παρὰ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι, ἤγουν συνετός.

[2]) Mirum est apud Cornutum, etiamsi Zenonis rationem sequatur, quae huius Titanis nomine per ει scripto nititur, legi Κρῖον. Cf. Lehrs, De Aristarchi studiis Homericis p. 281 (ed. III).

docles constituit, comparantur, qua de re neque in scholiis Hesiodeis neque apud Diaconum quicquam invenitur.[1]) Atque etiam explicatio Caeli ortus (p. 29, 10—12) et allegoria Caeli a Saturno exsecti et Saturni a Iove vincti Cornuti propria est.[2])

Ad Zenonem hunc commentarium, etiamsi nonnullae interpretationes, quae in eo insunt, ab illo inventae videntur esse, revocandum non esse vel inde concludas, quod a Cornuto Theogoniae v. 119 respicitur, quem Zenonem subditivum duxisse scimus e scholio ad v. 117 adscripto (= fr. 105): *ὁ Ζήνων δὲ ὁ Στωικὸς ἐκ τοῦ ὑγροῦ τὴν ὑποστάθμην γῆν γεγεννῆσθαί φησιν, τρίτον δὲ Ἔρωτα γεγονέναι, ὅθεν ὁ ἐπαγόμενος ἀθετεῖται στίχος.*[3]) Saturni autem interpretatio, qua *χρόνος* intellegitur, Chrysippo recentior est (cf. Reinhardt p. 77 sqq.). Cratetis vero doctrinae vestigium in iis agnosco, quae Cornutus p. 29, 5 dicit; illum enim, quae de terrae forma rotunda docuit, etiam ad Hesiodum explicandum adhibuisse constat testimonio scholio ad Theog. v. 126 adscripto: *ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ, λέγων, εἰ γὰρ ἴσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον.* Quibuscum conferas Cornuti haec: *καθὸ καὶ τούτου τυχοῦσα ἡ Γῆ παραχρῆμα ὁμοιόσχημον αὐτῇ τὸν Οὐρανὸν ἐγέννησεν* (p. 29, 5). Sed num Crates commentarium in Hesiodum composuerit, Ernestus Maass, Aratea p. 213, adn. 4 in dubium vocat

---

[1]) Primo obtutu mirum videtur esse, quod Cornutus p. 28, 3 sqq. mundi originem narrat versuum Hesiodeorum ordinem secutus, p. 29, 5 autem explicationem Caeli a Terra procreati transponit. Sed puto id mera interpretandi via expediri posse. A Chao explicat Erebum procreatum esse, id est vim, qua efficiatur, ut alterum altero quasi camera tegatur sive circumfundatur; hanc vim etiam Terrae tributam esse; quam a se procreare Caelum, qui eam, ut sit rotunda forma aequalis, circumdet et circumplectatur. Hic quoque Cornutus ea inter se conectit, quae eandem in rationem physicam cogit.

[2]) Cornuti haud dissimilia leguntur in schol. ad Hes. Theog. v. 178 et ap. Macrob. S. I 8, 5 sqq. (fortasse ex Apollodoro cf. Hefermehl p. 29 adn. 7). Aliae explanationes exstant schol. ad Hes. Theog. v. 459 (e Chrysippo) apud Cic. de nat. deor. II 62 (e Posidonio) Tertullian. ad nat. II 12. August. de civ. dei VII 19 (VI, 8), (e Varrone). — Fulgent. I 2 p. 17 H. Myth. Vat. I 102; II 1.

[3]) Cf. Rzach ad v. 119.

Cratetea in scholiis obvia aliis libris adsignans. Verum tamen videtur hic scrupulus Cornuti testimonio minui; opinor alibi quoque in Cornutianis Cratetis doctrinam latere et ad eum revocanda esse, quaecumque a scholiis servatis abhorrent. Neque scio, an non audacius sit suspicari illum huius commentarii auctorem esse.

Supra Cornutea p. 60, 1—9 et p. 61, 4—9 Apollodoro abroganda esse suspicatus sum neque, quae p. 60, 12—15 exstant, illi tribuerim. Cum iis autem, quae Cornutus p. 58, 6 sqq. de Bacchi ortu hariolatur, propter aequalitatem rationis coniungendam esse apparet allegoriam fabulae, qua Liberum patrem a Titanibus dilaceratum et eius membra ad pristinam formam a Rhea composita esse perhibent, p. 62, 10—16 explicatam. Quibus cum explanationibus comparanda sunt quae Diodorus III 62, 6 sqq. profert. Nam etiamsi Diodorus et Cornutus non omni e parte congruunt, tamen allegoriarum rationes, quas uterque adhibet, summam habent cognationem.[1] Similitudo quaedam intercedit etiam inter haec:

| Cornutus. | Diod. |
|---|---|
| 60, 4: *τινὲς δὲ τῶν θύρσων καὶ ἐπιδορατίδας κρυπτομένας ὑπὸ τοῖς φύλλοις ἔχουσιν ὡσὰν καὶ . . .* | III 65, 3: *ἀνοδιδόναι γὰρ ταῖς βάκχαις ἀντὶ τῶν θύρσων λόγχας τῷ κιττῷ κεκαλυμμένας τὴν ἀκμὴν τοῦ σιδήρου.* Cf. Macrob. S. I 19, 2. |
| 61, 16: *καθαιρετικὸς δὲ παντὸς ὁτινοσοῦν ὑπάρχων ἔδοξε καὶ πολεμιστὴς εἶναι καὶ πρῶτος καταδεδειχέναι τὸν ἐν ταῖς πολεμικαῖς νίκαις ἀγόμενον θρίαμβον.* | IV 5, 2: *Θρίαμβον δ' αὐτὸν ὀνομασθῆναί φασιν ἀπὸ τοῦ πρῶτον τῶν μνημονευομένων καταγαγεῖν ἀπὸ τῆς στρατείας θρίαμβον εἰς τὴν πατρίδα, τὴν ἐξ Ἰνδῶν ποιησάμενον ἐπάνοδον μετὰ πολλῶν λαφύρων.* |

[1]) Dietze (Jb. f. Philol. 153 (1896) p. 218) in Philodemi fontes ad deorum fabulas explicandas adhibitas inquirens inde, quod ille p. 169 similia atque Cornutus de Bacchi ortu dicit, utrique Apollodori doctrinam subesse concludit. Sed relinquitur scrupulus: neque enim apud Philodemum adduntur explicationes tales, quales apud Cornutum leguntur, quare illa e similitudine vix quicquam colligi potest; praeterea dubium est, utrum Philodemus hic ex Apollodori opere an e compendio mythographico pendeat, quo alias usus est.

| | |
|---|---|
| p. 62, 7: *τὰ δὲ θυμελικὰ ἀκροάματα τὸν Διόνυσον θεραπεύει διὰ τὴν πρὸς τὰς θαλίας οἰκειότητα αὐτῶν, οἷον ᾠδῆς καὶ κιθάρας.* | IV 5, 4: *καθόλου δὲ τοῦτον τῶν θυμελικῶν ἀγώνων φασὶν εὑρετὴν γενέσθαι, καὶ θέατρα καταδεῖξαι, καὶ μουσικῶν ἀκροαμάτων σύστημα ποιήσασθαι.* |

In aliis autem Diodorus et Cornutus minus consentiunt. Neque enim quicquam apud illum legitur, quod comparari possit cum thyrsorum allegoria, quae apud Cornutum p. 60, 6 legitur, neque ferulae explicationes congruunt (cf. Diod. IV 4, 7).

Quae cum ita sint, eo perducor, ut suspicer Cornutum simile quoddam compendium mythologicum atque Diodorum inspexisse.

Nonnullis locis Cornutianis videtur Philoxeni, grammatici Alexandrini, doctrina subesse. Nominis *Χάρων* derivatio ab illo in medium prolata servata est apud Orionem p. 165, 15: *Χάρων. παρὰ τὸν χήσω μέλλοντα, δηλοῦντα τὸ χωρῶ. οὕτω Φιλόξενος.* p. 164, 12 haec leguntur: *Χώρα. ἡ κεχυμένη γῆ· ἢ παρὰ τὸ χῶ τὸ χωρῶ.* Alteram harum originationum ab eodem pendere apparet.[1]) Cum his conferas quaeso veriloquium nominis Charontis, quod Cornutus profert (depingo codicum lectionem) p. 74, 20: *δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς χώρας ἢ τοῦ χανδάνω τὸ ἔτυμον ἔχειν.* Nonne verisimile est etymologias vocum *Χάρων* et *χώρα* olim quomodocumque coniunctas scribarum incuria prave confusas esse? Fortasse Cornutus haec fere scripsit: *δύναται δὲ καὶ ὥσπερ ἡ χώρα ἀπὸ τοῦ χωρῶ ἤτοι χανδάνω τὸ ἔτυμον ἔχειν.* Quod contra consuetudinem in voce derivanda non verbum infinitivum dicit, id facillime ex eo explanatur, quod Philoxenum sequitur. Huic derivationi cognata sunt veriloquia vocum *γῆ* et *χθών*, quae p. 53 exstant: *τάχα δὲ ἡ χθὼν ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι ἤτοι χωρεῖν πάντα ἐκλήθη, ὡς εἴρηται τὸ οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται* (σ 17). Constat derivationum seriem *γῶ γῆ χῶ χωρῶ χθών* Philoxeno tribuendam esse[2]): conferas quaeso Et. M. p. 229, 51 *Γῆ: Παρὰ τὸ γῶ, τὸ χωρῶ, ἡ πάντα χωροῦσα. Τοῦτο δὲ παρὰ τὸ χῶ* (...) *ἀφ'*

---

[1]) Cf. H. de Kleist, De Philoxeni grammatici Alexandrini studiis etymol. (dissert. Gryphisw. 1865) p. 25 sqq.

[2]) Reitzenstein, Gesch. Griech. Etym. p. 179 sqq. 345 sq.

*οὖ παράγωγον χείω· οἷον, Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται* (σ 17). Et. M. 809, 10: *Χθών: παρὰ τὸ διαχεῖσθαι καὶ χώνυσθαι δύνασθαι· ἢ παρὰ τὸ χῶ τὸ χωρῶ, οὗ παράγωγον χείω· ὅθεν, Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται* (σ 17). Etiamsi Cornutus Philoxeni rationem valde obscuravit, tamen similitudo manifesta est. Alia licet his subiungere. Eodem modo pars versus Homerici ad veriloquium illustrandum p. 47, 11 additur: *Ἔρωτα δ' αὐτὸν εἰρῆσθαι πιθανὸν ἀπὸ τῆς ἐπιζητήσεως τῶν ἐρωμένων· τάττεται γὰρ ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ ἐρεῖν, ὡς εἴρηται τὸ Ἴφιτος αὖθ' ἵππους ἐρέων.*[1]) Congruunt haec: Et. M. p. 379, 40 . . . *Ἢ παρὰ τὸ ἐρεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἐρώντων τοῖς ἐρωμένοις, ὅ ἐστιν ἕπεσθαι.* Et. M. p. 371, 11 *Ἔρευνα: Παρὰ τὸ ἐρῶ, τὸ ἐρευνῶ· Ὅμηρος, τὰς ἐρέων.*

Denique derivatio vocis *πόθος*, quam Cornutus posteriore loco profert (p. 48, 2), non dissimilis est Philoxeni; cf. Et. M. p. 678, 32 *Πόθος . . . ὁ δὲ Φιλόξενος εἰς τὸ Ῥηματικὸν αὐτοῦ λέγει, ἀπὸ τοῦ πεύθω γέγονε πευθή, καὶ ποθή.*

Quo autem modo haec Philoxeni doctrinae vestigia ad Cornutum pervenerint, non constat; vix crediderim eum illius opera manibus versavisse.

Occasione data iam supra indicavi, quae Cornutus non aliunde hausisse sed de suo addidisse videatur; neque tamen omnia, quae huc pertinent, respicere potui; alia restant, quae libellum iterum atque iterum perlustranti aliqua cum probabilitate Cornuto ipsi tribuenda mihi videantur esse. Haec accuratius inspicere fortasse non abs re est.

Quae p. 9, 21—10, 2 leguntur *ὁ γὰρ παραγαγὼν εἰς τὰ πράγματα τὴν κοινωνίαν τῶν ἀνθρώπων καὶ παραγγείλας αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν ἀλλήλοις οὗτός ἐστι,* Cornuti ipsius additamenta esse vel e parenthesis, quam vocant, conformatione verisimile est. Cum his comparanda sunt ea, a quibus de dis bellicis agere exorditur p. 40, 8 *καὶ τούτους δ' εἰσῆγεν εἰς τὰ πράγματα ὁ Ζεὺς ἐρεθίσας κ. τ. λ.* Nam haec sententia illepida et fusius explicata[2]) Apollodori ingenio non digna est, potius puerili discipuli captui est adaptata. Huic simile est

[1]) Corn. Odysseae φ 22 et φ 31 confundit.
[2]) Dubium est, num insequentia (v. 11—13) integra sint.

capitis 14, quo de Musis agitur, exordium certe non omni e parte Apollodoreum (cf. *ἐπειδὴ καὶ τῶν κατὰ παιδείαν μαθημάτων αὐτὸς εἰσηγητὴς ἐγένετο*). Musarum nominum interpretationes iam eo in libro, quem Cornutus inspexit, ita comparatae fuisse videntur, ut ad *παιδείαν* spectent, atque etiam Apollodoreas interpretationes similem ad rationem exactas fuisse Epicharmi e versibus apud Cornutum citatis sequitur. Tamen vide, ne quae Cornutus p. 15, 15—19 hariolatur, ex ipsius officina prodierint, nam ad epilogi haec (p. 76, 12): *ὡς εἰς τὸ εὐσεβεῖν ἀλλὰ μὴ εἰς τὸ δεισιδαιμονεῖν εἰσαγομένων τῶν νέων* pertinere videntur.[1]) Huc referenda sunt ea quoque, quae p. 16, 7—9 leguntur (*μέλπονται γὰρ ὑπὸ πάντων οἱ ἀγαθοὶ καὶ μέλπουσι καὶ αὐτοὶ τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν γεγονότας*).[2]) Animadvertas quaeso haec parenthesis instar dici. Mercurii cognominis *χρυσόρραπις* explicationes, quae apud Cornutum p. 21, 15—18 et Heraclitum p. 96, 10 sqq. exstant, etiamsi apparet similitudo, non omni e parte congruunt; nam quae Cornutus profert, ea magis ad educandi consilium inversa sunt. Etiam allegoriam Mercurii caducei eum sui ipsius inventis intricasse puto,[3]) cui aliqua cognatio est cum iis, quibus exponit, cur pardales Liberum patrem sequantur (p. 60, 19). In fonte talia non infuisse videntur: cf. Athen. 38 e *καὶ ταύρῳ παρεικάζουσι τὸν Διόνυσον καὶ παρδάλει διὰ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας* (cf. supra p. 71). Quae p. 23, 3—6 legimus, ea vix quispiam Apollodoro tribuerit; his non dissimilis est sententia explicationibus Bacchi praemissa: cf. 23, 4 *πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ γεωργεῖσθαι θέλειν τὴν χώραν καὶ φειδώ τινα εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ καρποφόρων φυτῶν* — p. 57, 19 *δενδροκοποῦνται γὰρ αἱ χῶραι τοῖς πολέμοις.* Nec vero ea, quippe qua Baccho Pacis numinis similis vis tribuatur, etiamsi non deest Apollodori vestigium (cf. Reinhardt p. 100), eius e mente dicta est. p. 27, 15 verbum *σκέψαι* signo videtur esse insequentem etymologiam a Cornuto ipso excogitatam esse. Quam ad suspicionem id optime quadrat, quod interpretatio Cornutiana ab Eustathiana valde

---

[1]) Cf. de Martini l. l. p. 90.

[2]) Neque iis, quae antecedunt, meram Apollodori doctrinam referri existimo, sed difficile est ea definire, quae Cornuto tribuenda sint.

[3]) Aliam Serv. ad Verg. Aen. IV 242 profert.

recedit (cf. supra p. 22 adn. 1). Mira est explanatio cornus Amaltheae a Cornuto ei adnexa, quam ad Apollodorum revocandam esse supra suspicatus sum (p. 52, 1—3): non exponitur vis huius gestaminis, potius praeceptum ethicum ex eo recuperatur, quippe quod indicio sit iis omnia bona cedere, qui non molles sint ad labores perferendos. Haec *καὶ τούτου χάριν καὶ ὑπὸ παρθένων νεωκορεῖται* (p. 52, 16) ad Romanorum Vestam pertinere Preuner (Hestia ap. Rosch. M. L. I p. 2645) recte perspexit. Neque enim apud Graecos numen, cui nomen est *Ἑστία*, a virginibus cultum esse traditur. Quoniam haec quoque verba parenthesis instar inseruntur, quod supra de iis, quae p. 9, 21—10, 2 et p. 16, 7—9 leguntur, suspicatus sum, optime probatur. Explicationi vocis *θρίαμβος*, quae Apollodoro debetur, Cornutus addit haec: *ὅθεν καὶ ἐν τοῖς κατὰ τῶν πολεμίων θριάμβοις πολλοῖς ἀναπαίστοις σκώπτοντες χρῶνται*[1]) (p. 61, 20—22). Suspicor haec verba ad versus triumphales referenda esse, quos milites Romani in imperatorum triumphis iocabantur. Nam etiamsi hi versus non erant *ἀνάπαιστοι*, certe verbo *σκώπτοντες* iocationem aliquam designari in aprico est. Neque vero illa verba ad Bacchi ipsius multis cum iocantibus comitibus ex India reversi triumphum revocanda sunt; ad quem quae p. 61, 16 leguntur, videntur pertinere. Notum autem est Romanorum grammaticos vocem triumphi et linguae Graecae vocabulum *θρίαμβος* cognata vel illam ex hoc derivatam esse statuisse.[2]) Talia, quibus res Romanorum respiciuntur, in librum, quo de theologia Graeca agitur, inserere auctori non convenit, nisi forte Romae versatus Romanis librum suum destinat; id autem in Cornutum Stoicum philosophum cadit.

Miram rationem Cornutus adhibet ad eam fabulam explanandam, qua Hercules apud Omphalen ancillae muneribus functus esse narratur: nam reginam Lydiam, quam alii cupidinis, cui Hercules alias invictus succubuerit, imaginem intellegunt,[3])

---

[1]) Perperam Nauck coniecit *οἱ πολλοί*.

[2]) Cf. Varro de lingua lat. VI 68: *sic triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti '⟨i⟩o triumphe'; id a θριάμβῳ ac graeco Liberi cognomento potest dictum.*

[3]) Cf. Fulgent. II 2 p. 41 H.

nomine Ὀμφάλη a vocabulo ὀμφή derivato mentem et rationem interpretatur. His autem ὑπονοῶ δὲ καὶ τὴν παρ' Ὀμφάλῃ λατρείαν ἐκείνῳ πιθανώτερον εἶναι προσήκειν (p. 64, 8) illius fabulae interpretationem, quae minus ab Herculis vera vi abhorreat, sibi praesto esse eamque a se ipso inventam indicare videtur. Si Macrobio (S. I 17, 50) fides habenda est, Cornutus p. 67, 10 vel eam recepit interpretationem Apollinis cognominis Πύθιος, quam Apollodorus refutavit. Sed hoc ut faceret, ideo eum existimo perductum esse, quod, quaecumque ad Apollinem oracula edentem pertinerent, perpetua enarratione perstringere voluit. Ea autem interpretatione, quae Apollodoro placuit, dei solaris natura illustratur. Neque si modo ab Eustathio p. 449, 1 sqq. (Reinhardt p. 93) Apollodorea doctrina integra servata est, a Cornuto p. 68, 10, quae ille explicavit, accurate adumbrantur.[1])

Congero hic eos locos, quos iam supra tetigi. p. 4, 5—7 (cf. p. 4, 18—5, 2. 7, 22). p. 6, 13—15 (?), 17—19. p. 9, 2—4. p. 11, 18—12, 1 (?). p. 12, 14—16 (cf. p. 12, 11–12 τὸ μὴ ὁρωμένη). p. 17, 5—6. p. 27, 18, 19—28, 2. p. 28, 9. p. 31, 12—18. p. 39, 12—40, 4 (?). p. 50, 2—4. p. 57, 12—15 (?). p. 61, 14—16.

---

## De nonnullis locis dubiis.

p. 5, 13: καί ante αὐτήν delendum est (deest in cod. X).

p. 6, 14: Fortasse vox αἵρεσις tali notione usurpatur, quali alias non dicitur, non dissimili vocis ποιότης; sed verisimilius est, quae codd. praebent, depravata esse. Neque scio an Cornutus hunc fere in modum scripserit: τὴν τῆς οὐσίας ἀείρυτον σχέσιν (de voce σχέσις cf. p. 9, 19. 31, 6).

p. 8, 8: In codicibus inest μὴ τελέσεται. Langius coniecit μητιάσεται vel μήτι τελέσει, sed tempus futurum ad sensum minus aptum mihi videtur esse, quoniam cognominis ratio non ex eo repetitur, quod aliquis perficiet, sed ex eo, quod perficit sive perfecit. Idcirco haec fere aptiora esse censeo: μήτ⟨ι ἐ⟩τέλεσε[ται] τοσούτους κ. τ. λ.

---

[1]) Horum verborum cum conformatione cf. p. 46, 12.

p. 25, 19: Legitur in codicibus *a Nc* νόμος in *G* νόμων. Schmitt-Blank et Langius volunt λόγος. Sed Cornutus Mercurium λόγον id est mentem interpretatur. Neque tamen voce λόγος hoc modo utitur, ut aliis verbis additis notionem accuratius definiat, aut plane eadem significatione atque iis locis, quibus de singulis universi mundi λόγου quasi partibus sive formis agitur (cf. p. 4, 13. 8, 13. 30, 9. 62, 23). Idcirco illa coniectura reiectanea est, scribendum puto esse quod *G* praebet νόμων. Cf. Demosth. 24, 22 ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν νόμων.

p. 27, 11: Villoisonus ante ὁ ἀήρ inseruit ἤ, quod Osannus et Langius receperunt. Sed Cornutus si scripsisset ἢ ὁ ἀήρ, necessario addidisset, quo modo, si ἀήρ ceteris elementis validior dominatione potitus esset, mundi harmonia perturbaretur. Qua de re illi coniecturae non adsentior. Sed dixerit quispiam tres deos, qui in Homeri versibus enumerantur, a Cornuto in interpretatione respici necesse esse; si codicum lectionem retineamus, respicere eum Neptunum et Minervam, praeterire autem Iunonem, quae alias ἀήρ intellegatur. Hoc modo qui argumentatur, ei obicio Heracliti personati haec (p. 38, 17): πυρὸς μὲν οὖν αἰφνιδίως ἐκζέσαντος ἁπάντων ἔσεσθαι κοινὴν ἐκπύρωσιν, εἰ δ' ἀθροῦν ὕδωρ ἐκραγείη, κατακλυσμῷ τὸν κόσμον ἀπολεῖσθαι. Ne verbo quidem ab eo Iunonis vis tangitur. In eo autem Heraclitus et Cornutus dissentiunt, quod ille, si ignis prae ceteris elementis increbesceret, universum mundum conflagrare exponit, Cornutus aërem, quoniam hoc elementum aetheri sive igni caelesti proximum est.

p. 39, 21: Hic locus compluribus mendis laborare videtur. Neque patet via resarciendi. Verum tamen fortasse lectio codicum $b'$ $N_2$ *c* ὡς μὴ τοιούτους δοκεῖν codicum *a* praeferenda est. Sensui satisfacerent haec fere: ὑπέταξεν οὕτως ὡς μη⟨κέτι⟩ τοιούτους δοκεῖν; nam ὡς ἐξεληλακέναι καὶ ἀνῃρηκέναι videntur subditiva esse.

p. 44, 6: Verba ἢ ἀπὸ τοῦ φαίνειν οὕτως ὠνομασμέναι, quae Schmitt-Blank integra esse ducit,[1] mutila sunt. Villoisonus ea ex Eustathii his (p. 1384, 34): κατὰ τὸ νέον

---

[1]) ουτως non, ut Cornuti usu dicendi flagitatur, cum ὠνομασμέναι iungit.

*φαινόμεναι, ἤτοι κατὰ τὸ ἔαρ. ὅθεν καὶ ἡ νύμφη συντέθειται. οἱονεὶ νεόμφη καὶ Αἰολικῶς νύμφη* expediri posse ratus scribi vult *ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ νέον, ἤτοι κατὰ τὸ ἔαρ φαίνειν,* sed talis ratio iam antecedentibus subest. Neque quod Osannus ex editionibus Ald. et Bas. recipi iussit *φααίνειν* probabile est, quod hoc veriloquio vocis derivandae prior pars neglegitur. Suspicor ante *φαίνειν* aliquid excidisse, velut *νοτίδα* sive *νότιον* vel aliquid simile.

p. 51, 20: Langius fortasse recte scribit *περὶ πολλὰ δὲ ἀθρόως καὶ ποικίλα*; *ἤ* autem, quod ante *ἐπεί* inseruit, delendum est, quod insequentibus non aliud veriloquium derivatur; sed, quid valeant verba *περὶ πολλὰ δὲ ἀθρόως καὶ ποικίλα,* planius exponitur. Recte mutavit *ἤ*, quod codd. p. 52, 1 praebent, in *καί,* nec vero verba *ἀμαλδύνει καὶ πάλιν κεραΐζει πάντα* integra sunt: nam particula *πάλιν,* quae ante verbum *κεραΐζει* legitur, satis clare indicatur in priore membro verbum scriptum fuisse, cuius notio verbi *κεραΐζει* contraria est. Neque scio an talia scribenda sint: *ἅμα ἀλδαίνει καὶ πάλιν κεραΐζει.*

p. 53, 8: Codicum lectionem *γῆ τε καὶ χθών* retinendam esse e Philoxeni similitudine apparet.

p. 67, 22: Haec ad verba refingenda Langii et Ioannis ab Arnim coniecturas coniungendas esse puto, ita, ut in ea, quae Langius scribi vult, inseratur *αὐτοῦ*, quod Ioannes ab Arnim post *ὑπό* supplevit; legerim igitur: *καὶ τὰς τῶν ζῴων φωνὰς καὶ ὡσαύτως τοὺς τῶν ἄλλων σωμάτων ψόφους, οἳ διὰ τὸ ξηραίνεσθαι χρησίμως ὑπ' αὐτοῦ τὸν ἀέρα ἀποδίδονται.*

---

## De nonnullis vocibus inusitatis in libello Cornutiano obviis.

1. *ἀνέκθυτος.* p. 11, 3 in codicibus *a* legitur *ἀνέκθυτα* (codd. *b* praebent *ἀνέκλυτα*). *ἀνέκθυτον* scelus est, quod sacrificiis piari nequit. Ceterum Cornutus in deliciis habet adiectiva cum particulis *ἀν- δυς- εὐ-* copulata.

2. Verbi *δέω* participia a Cornuto personaliter dicuntur, ut *ὁ δέων* is sit, quo opus est ad aliquam rem. cf. p. 24, 3 *εἰς τὴν δέουσαν . . . ὁδόν,* p. 15, 16 *καὶ πράττειν τὰ δέοντα.*

Idem usus a Guilelmo Schmid apud alios scriptores imperatorum aetatis observatus est; complura exempla congessit in libro, qui inscribitur Atticismus III p. 235: cf. Aelian. N. A. 355, 10 *τῆς δεούσης κομιδῆς*. Dio Chrys. II 265, 14: *τῆς καταγωγῆς τῆς δεούσης τυγχάνουσι*. Hinc puto explicandum esse genetivum quem dicunt absolutum *δέοντος*, qui a Cornuto pro accusativo adhibetur. Mirum autem est, quod scholiasta ad Plat. Leg. 914 b p. 457 B manifesto Cornutum p. 24, 1 respiciens *δέοντος* in *δέον* mutavit.

3. Adiectivi *δυσετυμολόγητος* (p. 36, 2) vis patet: *δυσετυμολόγητος* vox est, cuius originatio non facilis est perspectu.

4. *ἐνδομενεία* p. 15, 12. Hac voce, quae saepenumero in testamentis adhibetur, supellex domestica designatur.[1]) Apud Cornutum autem idem fere sonat atque alias *ἡ ἔνδον μονή*. Cf. Philo de leg. special. V p. 197 Cohn: *θηλείαις δὲ οἰκουρία καὶ ἡ ἔνδον μονή* (scil: *ἐφαρμόζουσιν*).

5. *εὐνόθευτον* p. 39, 1. Verbum *νοθεύω* valet subditivum facere sive alienis adulterare; adiectivo *εὐνόθευτος* igitur significatur, quod facile alienis adulterari potest.

6. *κεραυλία* p. 5, 14. Hoc vocabulum derivatum est a voce *κεραυλής*, qua significatur qui tibiis canit, quarum altera in cornu, quod a Graecis *ἔλυμος* appellabatur, exit. cf. C. v. Ian, *Aulos* ap. P.-W. I 2420. Quod genus tibiarum grande sonantium a Phrygibus in deorum matris cultu canebatur. Cf. Poll. IV 74 *ἔλυμος τὴν μὲν ὕλην πύξινος, τὸ δ' εὕρημα Φρυγῶν· κέρας δ' ἑκατέρῳ τῶν αὐλῶν ἀνανεῦον πρόσεστιν, αὐλεῖ δὲ τῇ Φρυγίᾳ θεῷ*. — *κεραυλία* igitur talium tibiarum cantus est.

7. *λεπτομεριμνία* p. 32, 20 valet anxiam curam. Similiter alia substantiva cum adiectivo *λεπτός* copulantur: cf. *λεπτολογία* (Poll. II 123) *λεπτουργία*.

8. *ὀδυνήφορος* p. 60, 6 est dolores ferens. Simile est *ὀδυνήφατος*, dolores quasi necans sive mitigans.

---

[1]) Cf. Pap. Oxyrhynch. p. III 493, 17. 494, 10. 495, 6. VI 899, 12. 907, 10.

## Index nominum.

---

## Corrigenda et addenda.

p. 10 v. 6 lege: differre. p. 46 v. 23 lege: *φαίνεται.* p. 48 adn. 4 lege: *κατάγνυσι.*

Locum Cornutianum p. 75, 12—14 a Langio in uncos coniectum O. Immisch (Archiv f. Religionswiss. 14 (1911) p. 454 adn. 2) e scholio ad Platonis rem publ. III p. 397 bc in cod. Parisino A servato *ἀλίβαντας δὲ τόπους ἐν Ἅιδου εἶναι μυθεύονται, διὰ τὴν τῆς λιβάδος ἀμεθεξίαν τῶν νεκρῶν* restituendum censet hoc modo: *ἐντεῦθεν ὑπονοητέον καὶ τοὺς ἀλίβαντας μεμυθεῦσθαι ⟨τόπους⟩ ἐν Ἅιδου εἶναι, διὰ τὴν τῆς λιβάδος ἀμεθεξίαν τῶν νεκρῶν,* cui sententiae assentiri non dubito.

---

## Vita.

Natus sum Bruno Hugo Schmidt anno 1888 a. d. VII. id. Mai. patre Hugo matre Ottilia de gente Fischer in oppido Saxo-Borussiae, cui nomen est Aschersleben. Patriae gymnasium frequentavi ab anno 1897 per novem annos. Maturitatis testimonium adeptus ut studiis me dederem philologicis et germanicis Friburgum migravi, eiusdem anni autumno Berolinum, ubi ter senos menses studiose peregi. Ineunte aestate anni 1908 hanc adii Musarum sedem.

Docuerunt me viri docti

Friburgenses: Cohn, Hense †, Kluge, B. Schmidt, Thurneysen, Uebinger.

Berolinenses: Diels, Hirschfeld, Lehmann-Haupt, Ed. Meyer, Roethe, Simmel, E. Schmidt, W. Schulze, Vahlen †, U. de Wilamowitz-Moellendorff.

Halenses: Bechtel, Bremer, Heldmann, Ihm †, Kern, Praechter, Robert, Saran, Strauch, Wissowa.

Philologorum proseminarii exercitationibus interfui Berolini per bis senos menses regentibus Diels, Helm, Wentzel, Halis per sex menses regentibus Consbruch et Ihm; seminarii sodalis fui per ter senos menses moderantibus Kern, Praechter, Wissowa. Ad exercitationes germanicas me admiserunt Bremer, Saran, Strauch.

Quibus viris clarissimis omnibus gratum semper servabo animum, in primis autem Ottoni Kern, qui hanc commentationem ad conscribendam me incitavit semperque benevolentissime opera et consilio me adiuvit.

---